¶ Nota quod sex sunt differentie positionis. Sursum Deorsum. Dextrorsum. Sinistrorsum. Antrorsum. et Retrorsum. Unde omne quod mouetur motu proprio mouetur versus vnam differentiam positionis et hoc loquendo de natura elementi. hoc est tam de corpore simplici quam de corpore mixto siue composito et tam de corpore animato quam

de corpore inanimato. Nam ignis qui est corpus simplex mouetur natu raliter versus sursum. Et terra versus deorsum. Et mixta inanimata mo uentur versus vnam partem positionis. Unde omne mixtum quod mo uetur. mouetur ad motum elementi dominantis in ipso. Nam illud mix tum in quo dominatur ignis mouetur ascendendo et hoc naturaliter et sic de mixto animato. Nam animal secundum quod est graue et mobile mouetur versus deorsum loquendo de natura elementari. Sed loquendo de na tura sensibili id est de natura animali. animal est mobile ad omnes dif ferentias positionis. Unde omne corpus quod mouetur mouetur ex cer ta proportione potentie ad suam resistentiam.

¶ Unde resistentia est duplex. Resistentia intrinse ca et Resistentia extrinseca. ¶ Resistētia intrinseca est illa que est in re mota et causatur ex compositione et proportione contrariorum elemento rum et ista reperitur in corporibus mixtis solum et non in corporibus sim plicibus. Unde si sit aliquod mixtum ex igne et terra in quo dominatur terra tunc illud mixtum mouetur versus deorsum. quia omne mixtum mouetur ad motum elementi dominantis in eo tamen non ita velociter mouetur illud mixtum sicut terra pura per se. quia ignis qui est in illo mixto contrariatur illi terre et nititur mouere motu contrario motui illi us mixti resistendo inquantum potest et ista est resistentia intrinseca.

¶ Resistentia extrinseca est illa que est extra rem motam et causatur ex difficultate diuisionis medii vt aeris vel aque. vt si mixtum ponatur sursum in aere cuius grauitas est maior quam densitas aeris mouetur des cendendo. et tunc densitas aeris resistit sibi extrinsece et elementum sub dominans resistit intrinsece. Unde si corpus mixtum mouetur in medio vel in plano quod est idem. tunc mouetur ex proportione potentie ad suam resistentiam intrinsecam et extrinsecam. Sed corpus simplex mo uetur ex proportione potentie ad suam resistentiam extrinsecam solum quia corpus simplex non habet aliquam resistentiam intrinsecam. Un de si imaginaretur vacuum et corpus mixtum poneretur in eo tunc illud mixtum mouetur in illo vacuo ex proportione potentie ad resistentiam intrin secam solum. Sed si corpus simplex poneretur in illo vacuo tunc illud corpus moueri non posset successiue quia non haberet aliquam resisten tiam.

¶ Motus localis dicitur duobus modis. scilicet naturalis. et violentus. ¶ Motus naturalis est ille motus qui procedit a principio intrinseco materia rei non reinclinante. vt descensus est mo tus naturalis terre et ascensus motus naturalis ignis. ¶ Motus vio lentus est ille qui procedit a principio extrinseco materia rei reinclinan te vt si terra pellatur versus sursum tunc ille motus ascensiuus est mo tus violentus et motus descensiuus est motus naturalis eius.

punctus est quoddam indiuisibile in linea ad quod copulantur siue ter‑minantur partes linie. ¶ Puncta extrinseca in linea sunt primus punctus et vltimus. Nam puncta extrinseca et extremalia idem sunt.
¶ Puncta intrinseca sunt omnia puncta inter primum punctum et vltimum. et sic est de instanti respectu temporis. ¶ Et nota quod non sunt plura puncta in linea centepedali quam sunt in linea pedali neque pautiora. Ideo tot sunt puncta in linea minori quot sunt in linea maiori. quia in quacunque linea sunt infinita puncta et nullum infinitum est alio infinito maius neque minus. nec aliqua infinita sunt aliis plura vel pautiora.

¶ In predicamento vbi reperitur motus proprie dictus qui dicitur loci mutatio vel motus localis quod idem est. ¶ Motus localis est mutatio de vno loco ad alium eodem subiecto manente a principio vsque ad finem. Et iste motus solum conuenit corporibus vt patet per auctorem in libro sexprin. capitulo de actione vbi sic dicit. Solum corpus mouetur per se eo quod de loco ad locum transit.

¶ Corpus dicitur dupliciter Corpus videlicet simplex et corpus mixtum seu compositum. Corpus simplex est tale quod non componitur ex contrariis elementis vt aqua. vel elementum. Et est elementum quod componitur ex materia prima et forma elementari. Materia prima est maxime simplex quia non componitur ex priori materia. ¶ Unde materia prima est illa que est prima in via compositionis id est generationis et vltima in via resolutionis id est corruptionis. Et materia prima est indifferens ad omnes formas suscipiendas et nullam certam formam sibi determinatam determinat. ¶ Corpus mixtum est illud quod componitur ex contrariis elementis. Et corpus illud vocatur corpus elementatum. sicut bruta animalia et huiusmodi. ¶ Adhuc corpus mixtum est duplex. scilicet corpus animatum et corpus inanimatum. Corpus animatum est illud quod actuatur per animam. et hoc potest esse tripliciter. Primo modo per animam vegetatiuam sicut arbor vel planta. Secundo per sensitiuam vt bos leo. Tercio per vegetatiuam sensitiuam et intellectiuam vt homo. ¶ Corpus inanimatum est illud quod non actuatur per animam vt aurum lapis.

¶ Adhuc dicitur corpus dupliciter. Perfectum et imperfectum. Corpus perfectum dicitur illud quod componitur ex quattuor elementis. Corpus imperfectum dicitur illud quod non componitur ex quattuor elementis.

¶ Nota quod sex sunt differentie positionis. Sursum Deorsum. Dextrorsum. Sinistrorsum. Antrorsum. et Retrorsum. Unde omne quod mouetur motu proprio mouetur versus vnam differentiam positionis et hoc loquendo de natura elementi. hoc est tam de corpore simplici quam de corpore mixto siue composito et tam de corpore animato quam

de corpore inanimato. Nam ignis qui est corpus simplex mouetur natu raliter versus sursum. Et terra versus deorsum. Et mixta inanimata mo uentur versus vnam partem positionis. Unde omne mixtum quod mo uetur. mouetur ad motum elementi dominantis in ipso. Nam illud mix tum in quo dominatur ignis mouetur ascendendo ꝛ hoc naturaliter et sic de mixto animato. Nam animal ſm quod est graue ꝛ mobile mouet versus deorsum loquendo de natura elementari. Sed loquendo de na tura sensibili id est de natura animali. animal est mobile ad omnes dif ferentias positionis. Unde omne corpus quod mouetur mouetur ex cer ta proportione potentie ad suam resistentiam.

¶ Unde resistentia est duplex. Resistentia intrinse ca ꝛ Resistentia extrinseca. ¶ Resistētia intrinseca est illa que est in re mota ꝛ causatur ex compositione ꝛ proportione contrariorum elemento rum ꝛ ista reperitur in corporibus mixtis solum ꝛ non in corporibus sim plicibus. Unde si fit aliquod mixtum ex igne ꝛ terra in quo dominatur terra tunc illud mixtum mouetur versus deorsum. quia omne mixtum mouetur ad motum elementi dominantis in eo tamen non ita velociter mouetur illud mixtum sicut terra pura per se. quia ignis qui est in illo mixto contrariatur illi terre ꝛ nititur mouere motu contrario motui illi us mixti resistendo inquantum potest ꝛ ista est resistentia intrinseca. ¶ Resistentia extrinseca est illa que est extra rem motam et causatur ex difficultate diuisionis medij vt aeris vel aque. vt si mixtum ponatur sursum in aere cuius grauitas est maior ꝙ densitas aeris mouetur des cendendo. ꝛ tunc densitas aeris resistit sibi extrinsece ꝛ elementum sub dominans resistit intrinsece. Unde si corpus mixtum mouetur in medio vel in plano quod est idem. tunc mouetur ex proportione potentie ad suam resistentiam intrinsecam ꝛ extrinsecam. Sed corpus simplex mo uetur ex proportione potentie ad suam resistentiam extrinsecam solum quia corpus simplex non habet aliquam resistentiam intrinsecam. Un de si imaginaretur vacuum ꝛ corpus mixtum poneretur in eo tunc illud mixtum moᵉ in illo vacuo ex proportione potentie ad resistentiam intri secam solum. Sed si corpus simplex poneretur in illo vacuo tunc illud corpus moueri non posset successiue quia non haberet aliquam resisten tiam.

¶ Motus localis dicitur duobus modis. scilicet naturalis. ꝛ violentus. ¶ Motus naturalis est ille motus qui procedit a principio intrinseco materia rei non reinclinante. vt descensus est mo tus naturalis terre ꝛ ascensus motus naturalis ignis. ¶ Motus vio lentus est ille qui procedit a principio extrinseco materia rei reinclinan te vt si terra pellatur versus sursum tunc ille motus ascensiuus est mo tus violentus et motus descensiuus est motus naturalis eius.

¶ Motus naturalis semper intenditur versus finem ꝛ hoc velocius et
velocius. ita ꝙ in quolibet instanti posteriori est motus velocior ꝙ̄ in ali
quo instanti priori. ¶ Motus violentus semper remittitur versus finem
ita ꝙ in quolibet instanti posteriori sit motus tardior ꝙ̄ in aliquo priori.
¶ Motus rectus est ille mediante quo describitur linea recta. vt est
motus elementorum existentium extra loca sua naturalia. ¶ Motus
circularis est ille mediante quo describitur linea circularis. vt motus ce
li. ¶ Tria requiruntur ad vnitatem motus. scilicet vnitas motoris. vni-
tas rei mobilis. ꝛ vnitas temporis. ¶ Unitas motoris est quando sub a
maneat idem a principio vsq; ad finem. ¶ Unitas rei mobilis est quan-
do maneat idem mobile a principio vsq; ad finem. ¶ Unitas tēporis ē
qn̄ maneat idē tēpus a principio vsq; ad finē. sine quiete media. ¶ Mo
tus reflexus est qn̄ aliquid obijcit cōtra suū obstaculū ꝛ statim reuertit.
Un̄ motus reflexus nō potest esse vnus motus nec motus continu⁹ q̄r
inter quoscūq; duos motus contrarios cadit quies media. Unde omne
quod mouetur successiue mouetur mouebatur ꝛ mouebitur ita ꝙ non
est dare primum instans nec vltimum instans motus successiui. Ideo ge
neraliter si sortes incipiat mouere successiue incipit mouere per remo-
tionem de presenti ꝛ positionem de futuro ꝛ si ipse desinat mouere tunc
desinit mouere per remotionem de presenti ꝛ positionem de preterito.
¶ Omnis motus successiuus est in tempore ꝛ mēsuratur per tempus.
¶ Sed motus subitus est instantaneus ꝛ mensuratur per instans. ergo
talium motuum est dare primum instans ꝛ vltimum. ¶ Gradus sum-
mus est ille gradus qui non est admixtus cum suo contrario ꝛ est ita in-
tensus in sua natura ꝙ nullus gradus illius nature illo est intensior con
tinens virtualiter in se omnem gradum possibilem illius nature vt gra
dus summus albedinis est ille gradus qui nullo modo est admixtus cū
nigredine. ¶ Non gradus albedinis est pura priuatio albedinis sine ni
gritudo summa que nichil habet albedinis. ¶ Latitudo albedinis est
tota natura albedinis continens actualiter in se omnes gradus albedi
nis vniformiter difformiter dispositos secundum intensius ꝛ remissius
a non gradu albedinis vsq; ad summum gradum albedinis ꝛ eodem
modo est de latitudine aliarum qualitatum. ¶ Unde notandum est ꝙ
in omni latitudine sunt infiniti gradus sicut in omni tempore sunt infi-
nita instantia ꝛ inter omnes duos gradus cadit latitudo media. sicut in
ter omnia duo instantia cadit tempus medium. ¶ Unde gradus dicun
tur intensi vel remissi penes participationem cum suis contrarijs. secū-
dum maius ꝛ minus. ¶ Ideo albedo dicitur intensa eo ꝙ modicum
habet de suo contrario secum admixto. ¶ Unde si duo sint gradus albe
dinis in quanto minus habuerit de suo contrario secum admixto in tan
to est remissior ꝛ si nichil habuerit de suo contrario. dicitur summe in-
tensa. ¶ Alio modo dicuntur gradus intēsi vel remissi penes ppinquita-
tē ꝛ distantiā a suo nō gradu. Un̄ gradus dr̄ intensus qui per magnam

latitudinē distat a nō gradu ⁊ dr̄ remissus eo ꝙ per mediā latitudinē distat a non gradu. Ideo si sint duo gradus intensi ille gradus qui per maiorē latitudinem distat dicitur intensior alio ⁊ alius dicitur remissior Ideo in qualibet latitudine aliqs est intēsior ⁊ aliqs remissior q: nullus gradus est int̄ nō gradū ⁊ gradū sūmū qui est intēsus ⁊ remissus s₃ gradus sūm⁹ est intēsus ⁊ nō remissus. ¶ Intendere ē ꝑ latitudinē mediā gradū ꝑfectionē adqrere. ¶ Remittere ē ꝑ aliquā latitudinē mediā gradum perfectionē deperdere. ¶ Intendere ad aliquē gradū est dupliciter s. inclusiue ⁊ exclusiue ¶ Intēdere ad aliquē gradū inclusiue ē ꝑ aliquā latitudinē meā illū gradū adqrere ⁊ sub illo gradu in fine intēsionis existere. ¶ Intēdere ad aliquē gradū exclusiue est aliquā latitudinē mediam terminatā ad illū gradū adquirere nō adquirendo illū nec in fine intensionis sub illo gradu existere. ¶ A nō gradu intēdere est a pura priuatione illi⁹ qualitatis gradū aliquē adquirere. ¶ Remittere ad aliquē gradū est dupliciter. sc₃ exclusiue ⁊ inclusiue. ¶ Inclusiue remittere est totā latitudinē ⁊ illū gradū habitū deperdere. ⁊ sub illo gradu in fine remissionis nō existere. ¶ Exclusiue remittere est illā latitudinē citra illū gradū depardere non depardendo illū gradū ⁊ sub illo gradu in fine remissionis existere. ¶ A non gradu remittere est totā latitudinē vsq₃ ad purā priuationē illius qualitatis deperdere. ¶ Intendere ad aliquem gradū siue exclusiue siue inclusiue dr̄ dupliciter. sc₃ vniformiter ⁊ difformiter. ¶ Intendere vniformiter est tantā latitudinē adquirere in vno tēpore ꝙ in alio sibi equali. ¶ Intendere difformiter est maiorē latitudinem adquirere in vno tēpore ꝙ in alio sibi equali. ¶ Remittere etiam est dupliciter Uniformiter ⁊ difformiter. ¶ Remittere vniformiter est tantā latitudinē deꝑdere in vna parte temporis sicut in alia sibi equali. ¶ Remittere difformiter est maiorē latitudinē deꝑdere in vna parte tēporis ꝙ in alia sibi equali. ¶ Unde si quis intendat motū suū siue vniformiter siue difformiter semper difformiter mouetur ⁊ non vniformiter. Nam qui vniformiter mouetur. mouetur continue sub eodē gradu nec adquirendo nec deꝑdendo latitudinē. Nam vniformiter mouere est tantum spaciū pertransire in vna parte temporis sicut in alia sibi equali. s₃ q̄cūq₃ intendit motū suū siue remittit semꝑ adquirit vel deꝑdit latitudinem ⁊ sic aliq̄n mouet̄ gradu intensiori ⁊ aliq̄n remissiori. ergo quicunq₃ intēdit motū suū vel remittit difformiter mouet̄ ⁊ nō vniformiter. ¶ Notandū est ꝙ ad hoc ꝙ aliqua duo sunt actiua ⁊ passiua duo requiruntur Primū est ꝙ talia sunt similia quoad materiā. Secundū est ꝙ sint dissimilia quoad formā. ita ꝙ forme sint cōtrarie. Uñ ad actionē requirit̄ similitudo materiaꝝ ⁊ dissimilitudo formaꝝ. ¶ Ad hoc ꝙ sit actio requiritur ꝙ sit ꝑdominiū agentis supra passum ita ꝙ patiat̄ passū ab illo agēte et ꝙ sit sufficiēs ꝓximatio inter agēs ⁊ passū. Unde oē agens se hēt ad suum passū in ꝓportiōe maioris in equalitatis q: reqrit̄ ꝙ potētia agentis excedat ⁊ supet potētiā passi. ¶ Proportio dr̄ tripliciter. sc₃ ꝓportio maioris in equalitatis ⁊ ꝓportio minoris in equalitatis. ⁊ ꝓportio eq̄litat̄

Proporcio maioris inequalitatis est hitudo maioris ad minorē vt.iiij. ad duo. Porportio minoris īequalitat⁊ est ecōtra vt duo ad.iiij. Propor tio equalitatis est duoꝝ equaliū adinuicē.vt.iiij.ad.iiij. ¶ Un̄ sciēdū est ꝙ a ꝓporcōe maioris īequalitat⁊ solū ꝓuenit motus ⁊ actio. Aliqd pōt agere in aliud dupl'r.vt ex ꝓportōe totiꝰ ad totū.aut ex ꝓportōe totius ad ptē. ¶ Agēs agit in passū pmo modo.qn̄ totū agēs dn̄at supra to- tū passū ⁊ sic agit ma ius in minꝰ.⁊ vocat ꝓprie agere vel actio. ¶ Se- cūdo modo agēs agit in aliū qn̄ totū agēs nō dn̄at supra totū passū ſ3 su pra aliquā eius ptē ⁊ sic est actio ex ꝓportōe ad illā ptē.⁊ vocat reagere vel reactio.⁊ talis actio reꝑit inter maiꝰ ⁊ minus etiā inter duo equalia. Siliter aliquid pōt pati dupl'r.aut ſm se aut ſm sui ptē. Si ſm sui ptem dr̄ repati vel repassio.q: oē agēs vel cōicans in materia cū passo in agē do repatit. Un̄ ptes elemētoꝝ sūt maxime actiue ⁊ passiue. Sed oīa ele menta in suis speris sūt equalis virtutis. Jdeo inter elemēta in suis spe ris est equalis reactio ⁊ repassio q: cōtinue agūt adinuicē ⁊ patiunt ſm partes immedietas.

Quattuoꝛ sūt elemēta.s.ignis aier aquā ⁊ ter ra. Quattuoꝛ sūt qualitates pme.s.calidi- tas humiditas frigiditas ⁊ siccitas. ſm quarū cōbinatōes resultat nu- merus elemētoꝝ. ¶ Sex sūt cōbinatōes qualitatū pmarū quarū due sūt impossibiles.⁊ quattuoꝛ sūt possibiles. Et tot sūt cōbinatōes qualita tū pmaꝝ possibiles quot sūt elemēta ⁊ sic inuestigant a phō libro de ge neratōe.ꝙ tm̄.iiij.sūt elemēta in spē. Prima cōbinatio est caliditas ⁊ sic citas cui rn̄det ignis. Nā ignis est calidus ⁊ siccus in quo caliditas hēt predominiū. Secūda cōbinatio ē caliditas ⁊ humiditas cui corn̄det aer Aer est calidus ⁊ humidus in quo dn̄at humiditas. Tercia cōbinatio ē frigiditas ⁊ humiditas cui corn̄det aqua. Aqua est frigida ⁊ humida in qua dn̄at frigiditas. Quarta cōbinatio est frigiditas ⁊ siccitas cui corn̄ det terra. Terra est frigida ⁊ sicca in qua dn̄at siccitas. Quinta cōbina- tio est caliditas ⁊ frigiditas ⁊ huic non corn̄det aliquod elementū q: est impossibilis q: caliditas ⁊ frigiditas sūt qualitates cōtrarie ⁊ nō pn̄t sil' iesse vni corpi ⁊ hoc denolatiue. Sexta cōbinatio est hūiditas ⁊ siccitas cui nō corn̄det elemētū ꝓpter causā p̄dictā. ¶ Ignis est elemētū nobi lissimū subtilissimū ⁊ rarissimū ⁊ iō collocat in supremo loco regionis ele mentaris ⁊ sub concauo orbis lune ⁊ sub igne imediate est aer ⁊ sub ae re imediate ē aqua.⁊ sub aqua ē terra.que ē elementū grauissimū gros sissimū densissimū ⁊ vilissimū ⁊ ideo collocat in infimo loco. ¶ Silr ig- nis est in decuplo maioris quātitatis ꝙ̄ est aer ⁊ in decuplo rarioꝛ ē aer

ꝙ aqua. ⁊ sic de alijs. Vñ elemētū in quāto maioris quātitatis est in tā-
to rarius est. ⁊ in quanto minoris quantitatis est, in tanto densius est.
¶ Quedā sūt elemēta simbola ⁊ quedā dissimbola. Elementa simbola
sūt illa que cōueniūt in aliqua qualitate pma. vt ignis ⁊ aer que cōueni
unt in caliditate. Aqua ⁊ terra que cōueniūt in frigiditate. Elemēta dis
simbola sūt illa que in nulla qualitate pma cōueniūt vt Ignis ⁊ aqua.
Aer ⁊ terra. Itē inter elemēta simbola facilior est actio ꝙ inter elemēta
dissimbola vt pꝫ in libro de generatōe. ¶ Quedā sūt corpora omogema
⁊ quedā ethremogema. Corpora omogema sūt illa quarū oēs ptes quā
titatiue sūt eiusdē nature ⁊ eiusdē denoiatōis cū suis totis vt elementa
sicut aqua ⁊ ignis. Nā quilibet ps aque est aqua ⁊ quelibet ps ignis ē
ignis. Corpora ethremogema sūt illa quoꝝ nō oēs ptes sūt eiusdē natu-
re ⁊ denoiationis. cū suis totis. vt homo aial. Nā quelibet pars quātita-
tiua hois nō est homo.

Qualitatū primarū quedā sūt actiue ⁊ quedā passiue. Actiue vt caliditas frigiditas. Passi
ue vt humiditas siccitas. Nō tñ dicunt actiue qꝛ nō paciūtur sꝫ qꝛ pūci-
paliter sūt actiue ⁊ ex ꝯñte passiue dñr ⁊ sic de ceteris. ¶ Qualitates se
cūde sūt ille que resultāt ex certa ꝓportione qualitatū pmarū adinui-
cē vt albedo nigredo ⁊ sic de alijs quarū quelibet dr vniformis vel diffor
mis. ¶ Qualitas vniformis est illa cuius quelibet ps est eque intensa
cū suo toto vt si sit aliqua qualitas vniformis nulla pars est intensior alia
tamen in qualitate vniformi vna pars est maior alia non tamē intensior.
Unde nō eadē de causa dr aliqua qualitas alia intensior qua dr illa ma-
ior. Nā dr intensior eo ꝙ p maiorē latitudinē distat a suo nō gradu id est
a pura priuatione. Nā albedo dr alia intensior eo ꝙ p maiorē latitudinē
distat a suo nō gradu. Sed albedo dr alia maior quia p maius subm ex
tendit vna ꝙ alia. Unde intensio qualitatis est ratione distātie a nō gra
du. ¶ Magnitudo qualitatis est ratione subiecti. Vñ intensū ⁊ remissū
sūt proprie dr̄e qualitatis. Ideo qualitas dr intēsa ⁊ remissa per se. Sed
magnū ⁊ paruū sūt ꝓprie dr̄e quantitatis. Ideo qualitas dr magna et
pua ratione quātitatis. sicut quātitas dr aliqñ intensa vel remissa nō ta
men p se. sed ratione qualitatis. ¶ Qualitas difformis est illa cuiꝰ vna
pars est intensior alia. ⁊ dr dupliciter. scꝫ difformiter difformis. ⁊ vnifor-
miter difformis.

Qualitas difformiter difformis est illa cuius alique partes que sunt imediate scdm extensionē multū distant scdm intensionē hoc est cuius ptes terminantur ad eūdē punctū in quantitate non tamē terminantur ad eundē gradū in qualitate vt si A sit vnū corpus cui⁹ vna medietas sit alba gradu sūmo fm se totū τ alia medietas alba gradu medio inter gradū mediū τ graduz sūmū. tūc tota albedo est difformiter difformis τ hoc corpus est difformiter difforme quia partes que sunt imediate secūdū extensionē. i. secūdū quantitatē multum distant scdm intensionem .i. secundū qualitatē. Nā iste due medietates istius a sūt imediate scdm extensionē qꝛ terminant ad eūdem punctū puta ad pūctū mediū istius a. τ tamē iste due medietates multū drūt secūdū itensionē qꝛ nō terminātur ad eundē gradū in qualitate sꝫ distant ꝑ plures gradus medios latitudinis albedis.
¶ Aliqua esse imediata est dupliciter. s. scdm intensionē τ extensionem Illa sunt immediata scdm extensionem que terminantur ad eūdē pūctū i quantitate. Et illa sūt imediata scdm intensionē que terminātur ad eundē gradum in qualitate. ¶ Qualitas vniformiter difformis est illa cuius ōnes partes sunt imediate tā scdm extensionē ꝙ scdm intensionē i. terminantur ad eundē punctū i quantitate τ eciā ad eūdem gradū in qualitate. Et ille gradus ad quē sic terminantur est intensissimus gradus qui nō est i parte intensiori τ remississim⁹ qui nō est in parte remissiori. Nā ille gradus ad quem sic terminantur iste partes imediate non est i parte intensiori citra certū. Ideo iste gradus est intensissimus qui non est in parte intensiori τ ille gradus non est in parte remissiori. sed ꝙlibet remissior illo citra certū gradū est in pte remissiori. Ideo iste gradus est remississimus qui non est in parte remissiori. ¶ Qualitas vniformiter difformis est talis qui quocūqꝫ pūcto intrinseco assignato qualitas existens ad illū punctū est intensior alia que est in pte remissiori τ est remissior ꝙ alia que est in parte intēsiori. Similiter oīs qualitas vniformit difformis terminatur ad duos gradus exclusiue videlicet ad non gradū τ gradū sūmū. Unde qualitas difformiter difformis potest terminari exclusiue vel inclusiue.
¶ Exclusiue dicitur terminare ad aliquē gradū quādo habet oēs gradꝰ citra illū gradū τ quē sic terminant τ non illū gradū vn̄ quelibꝫ latitudo terminata ad duos gradus exclusiue quorū neuter est sūmus gradus terminatur ad vnū gradū scdm extremū sui intensius τ ad aliū gradum scdm extremū sui remissius Et ille gradus ad quē terminatur talis latitudo scdm extremū sui intensius dicitur remississimus. qui nō est in illa latitudine. Nam ille gradus ad quē terminatur scdm extremum sui remissius est intensissimus qui non est in illa latitudine. Nā ille gradus non est in ista latitudine sꝫ quelibꝫ intensior citra certū gradū ē illa latitudine. Quelibꝫ qualitas vniformiter difformis corrſdet gradui suo medio hoc est equalis intensionis cum suo gradu medio, τ est minus i

tensa ꝙ medietas illius intensior ⁊ est maior intensa ꝙ medietas illi⁹ re missior. vnde latitudo a nõ gradu vsqꝫ ad gradũ vt octo ē equalis cũ q̃litate vniformi vt quattuor. ¶ Motus dr̃ quattuor modis .s. vniformis ⁊ difformis vniformiter difformis. ⁊ difformiter difformis. Motus vniformis ē q̃ ĩn tempore equali spaciũ ꝑtrãsitur equale. Motus difformis est q̃ ꝑ pl⁹ de spacio ꝑtransitur ĩ vna ꝑte tẽporis ꝙ in alia sibi equali. Motus vniformiter difformis est ille mediante quo vniformiter adq̃rit latitudo motus vel vniformiter deꝑditur latitudo motus. Ideo mouere vniformiter difformiter est vniformiter adq̃rere latitudinẽ motus vł vniformiter deꝑdere latitudinem motus. Motus difformiter difformis est ille mediante quo difformiter adquiritur latitudo motus vel difformiter deꝑditur latitudo motus. Unde mouere difformiter est difformiter adq̃rere latitudinẽ motus vel difformiter deꝑdere.

ET quot modis dicitur motus tot modis dicitur intensio motus ⁊ remissio mot⁹. Et sicut se habet motus ad spacium extra. sic se habet intensio ad latitudinẽ infra. Et sicut ꝑ motum adquiritur spaciũ extra sic ꝑ intensionẽ motus ad quiritur latitudo infra. Ideo intensio est latitudinis motus adq̃sitio Et intendere est adq̃rere latitudinẽ motus. Remissio motus est deꝑdicio latitudinis motus remittere motum est deꝑdere latitudinem mot⁹ Intensio motus dicitur quadrupliciter .s. vniformis difformis vniformiter difformis ⁊ difformiter difformis. Intensio motus vniformis est mediante quo in tempore equali latitudo motus adquiritur equalis. Ideo intendere vniformiter est tm̃ de latitudine adq̃rere in vna parte tẽporis sicut in alia s¹ equali. Remissio motus vniformis est mediante q̃ in tẽpore eq̃li latitudo motus deꝑditur eq̃lis. Remittere motũ vniformiť ē tm̃ de latitudine deꝑdere ĩ vna ꝑte tẽporis sicut in alia sibi eq̃li. Intẽsio mot⁹ difformis ē mediãte q̃ ĩ tẽpore eq̃li latitudo mot⁹ adq̃riť eq̃lis Unde itendere difformiť ē pl⁹ de latitudine adq̃rere ĩ vno tẽpore ꝙ ĩ alio sibi eq̃li. Remissio mot⁹ difformis ē mediãte q̃ in tẽpore eq̃li latitudo mot⁹ deꝑdiť pl⁹ ĩ vna ꝑte tẽporis ꝙ ĩ alia sibi aq̃li. Remittere difformiter ē pl⁹ de latitudine mot⁹ deꝑdere ĩ vna ꝑte tẽporis ꝙ in alia sibi eq̃li. Remissio vniformiter difformis est quando in tempore equali latitudo motus intensionis deperditur equalis. Unde remittere motum vniformiter difformiter est tantum de latitudine motus intensionis deperdere in vna parte temporis sicut in alia sibi equali. Intensio difformiter difformis est illa mediante qua in tempore equali latitudo inten-

sionis motus adquiritur equalis. Unde intendere difformiter difformis est plus de latitudine intensionis motus acqrere in vna pte tempis q̄ i alia sibi eq̄li. Remissio difformit̄ difformis est illa mediāte q̄ i tēpore eq̄li latitudo intensionis motus depditur equalis. Unde remittere motum difformiter difformis ē plꝰ de intensione latitudinis motus depdere in vno tempore q̄ in alio sibi eq̄li. Ad huc mouere vniformit̄ vel difformit̄ dr̄ dupliciter .s. quoad tēpus ꝛ q̄ ad subm. Illud mouet̄ quoad subm cuius quelibȝ p s eque velocit̄ mouet̄ cū suo toto ꝛ sic de motu difformi. Illud mouet̄ vniformit̄ q̄ a tēpus cuius pūctus velocissime motꝰ mouetur vniformit̄, solus successiuꝰ motꝰ est velox ꝛ tardus motꝰ. Notandū q̄ iiij. dr̄ cā. s. materialis. formalis. efficiēs. finalis. Causa materialis ē illa ex qua cōponitur res ꝛ pmo manet i re. vnde cā mat̄ialis ꝛ mat̄ia idē sūt. Causa formalis ē p quā res est talis qualis ipa est q̄. posita ponitur ꝛ res. ꝛ q̄ ablata aufertur ꝛ res. Causa efficiens est illud agens qd̄ cōponit rē ꝛ efficit eandē. Causa finalis est illa ꝓpter quā fit res pmo ꝛ pricipalit̄. Unde lignū lapis ꝛ huiusmodi sūt causa mat̄ialis domꝰ. sed talis figura resultans ex cōpoōne triū corporū adinuicē ē cā formalis domus ꝛ ipe carpentariꝰ ē efficiens domꝰ sed conseruacio a nociuis extrinsecis vtputa ab ymbribȝ ꝛ frigoribȝ ꝛ hmōi ē causa finalis domus. Due istarū sūt extrinsice ꝛ due intrinsice. Intrinsice sūt cā materialis ꝛ formalis extrinsice sūt efficiens ꝛ finalis. Unde pmo phicoꝝ sūt tria principia intrinseca rerū naturaliū. Materia forma ꝛ priuacō. sȝ due pme sūt p se Tercia vero p accidens. Corpus colūpnare est longū figuratū ad modū postꝭ vel colūne. Corpus piramidale siue piramus qd̄ idē est ē corpꝰ figuratū ad modū piri cuiꝰ extremū acutū vocatur conus ꝛ extremum obtusū vocatur basis. Corpus circulare vel spericū ē corpꝰ rotūdū i cuius medio ē vnꝰ punctus. a quo oīs linee ad circūferentiā ptracte sūt eq̄les ꝛ ille punctus vocatur centrū spere vel circuli. Circūferentia spere vel circuli est extrema supficies circuli extra quā nihil illiꝰ est.

¶ Diametrū circula est linea recta exiens ab vno pūcto circūferentie ad pūctū oppositū q̄ trāsiens p centrū diuidit circulū i duos semicirculos. ¶ Semidiametrū circuli est linea recta exiens a centro circuli ad eius circūferentiā. ¶ Semicirculus ē medietas circuli cū diametro vt patet intuenti. ¶ Corpus triangulare trilaterū vel trigonū ē corpꝰ hn̄s tres angulos ꝛ tria latera. ¶ Corpus quadratū quadrangulū quadrilaterū vel tetrangulū ē copus hn̄s quatuor angulos ꝛ quattuor latera et hoc dupl̄r. aut hēt quatuor angulos rectos ꝛ quatuor latera equalia et sic est quadratū. aut hēt quatuor angulos rectos ꝛ quatuor latera ineq̄lia ꝛ sic est q̄drangulū vel quadrangulare. ¶ Corpus pentagonū ē corpus hn̄s quinq̧ latera ꝛ quinq̧ angulos rectos. ¶ Corpus sexagonū ē corpus habens sex latera ꝛ sex angulos ꝛ sic de septagono. ꝛ octogono ꝛ similibus. ¶ Angulus rectus est quando vna linea recta ppendiculariter cadit sup aliā lineā rectā. ¶ Angulus acutus est quilibȝ angulus minor recto. ¶ Angulus obtusus vocatur quilibet angulus maior.

recto. ¶ Corpus planū est illud cuiꝰ supficies ē plana nullatenꝰ vrgēs ad aspitatem vt tabula. ¶ Corpus gibbosū ē tale cuius vna supficies excedit aliā. Corpus concauū ē tale cuiꝰ ptes deficiūt ad intra sicut doliū. Corpus cubicū ē tale cuiꝰ oēs dimēsiones sūt eq̄lis ptis. Corpus trāsparēs vel diaphonū ꝙ idē ē ē tale corpus qđ nō est p se visibile. sꝫ p lumē infra se receptū fm aristotilē scđo de aīa vt Ignis aer aq̄ speculū Corpus opacū est tale qđ nō potest infra se lumen recipe sicut terra et corpora terrestria vt lapides. Corpus neutrū ē illud qđ neqꝫ ē albū neqꝫ nigrū sꝫ albū ⁊ nigrū copulatim.

¶ Nota ꝙ septem sūt planete .s. Saturnus. iupiter. mars. sol. venus. mercurius ⁊ luna. Et quattuor sunt elementa Ignis. Aer. aqua. terra. ⁊ sunt incorporabilia. ¶ Nota ꝙ in octaua spera situantur oēs stelle fixe. Sol est corpus splēdidissimū ⁊ luna est obscurū ⁊ mouet multo velocius ꝙ sol. Nota ꝙ alique sunt planete inter solē ⁊ lunā ⁊ ille planete impediunt lunā capere plenū lumen a sole ⁊ tūc est eclipsis, vt asserunt Astrologi.

¶ Sequitur figure corporū predictorum.





conus



corpus sexagoꝝ








angulus rectꝰ











Corpus.
octogoñ.
corpus
cõcauũ
Corpus
quadratũ
Circũ-
ferẽtia.
corpus
colũnare
Centrũ
Celum stellat m
Saturnus.
Jupiter.
Mars.
Sol.
Venus.
mercuriꝰ.
Luna.
Ignis.
Aer.
Aqua.
Terra.

Omnis proporcio aut ē cōiter dicta. aut ppie dicta vel magis ppie dicta. Proporcō cōiter dicta est duo⁊ cōpato⁊ adinuicem cuiuscūq3 generis fuerint vnius ad alterū hitudo Et talis pporcio potest esse inter equalia vel inequalia. hoc ē int ea que sūt fm magis ⁊ minus se hentia. ⁊ inter oīno silia. Et ideo inter quecūq3 potest esse aliqua cōpatio aliq modo int illa potest eē pporcio cōiter dicta. Proporcio ppria dicta est duo⁊ cōpato⁊ adinuicē eiusdem generis vnius ad alterū hitudo Et talis pporcio nō solū est inter quantitatis. sed etiā inter quascūq3 res eiusdē generis siue sint qlitates siue quantitates ⁊ sic de ceteris. Proporcio magis ppie dicta est solū inter quātitates ⁊ est duaꝝ quātitatū adinuicē eiusdē generis vnius ad alterū hitudo. p hoc q tā in pporcione ppie dicta q in pporcione magis ppie dicta exprimit eiusdē generis patet q inter subam ⁊ accidēs nō est pporcio ppie dicta neq3 magis ppie dicta. Nā suba ⁊ accidens nō sūt eiusd generis. Proporcio magis ppie dicta dr duob⁹ modis. Racionalis ⁊ irracionalis. pporcio magis ppie dicta rōnalis est que imediate denoiatur ab aliq certo numero sicut pporcio dupla imediate denoiatur a duob⁹ tribla a trib⁹. Proporcio magis ppie dicta irracōnalis est que nō imediate sed mediate denoiatur ab aliq certo numero. sicut medietas pporcionis duple mediate denoiatur a duobus. pbatur sic. Medietas pporcōis duple imediate denoiatur a pporcione dupla ⁊ pporcio dupla imediate denoiatur a duob⁹ g sequitur q medietas pporcionis duple mediate denoiatur a duobus. q medietas pporcōnis duple imediate denōiatur pporcōe dupla pbatur inter qdratū diametri ⁊ quadratū coste est proporcio dupla ⁊ quia inter costem ⁊ diametrū reperitur medietas illius pporcōis. Ideo pporcio illa que est inter diametrū ⁊ costā quadrati dr medietas pporcōis duple.



¶ Proporcio rationalis differt a proporcione irrationali. Nam proporcio rationalis solum est inter quantitates cōmensurabiles cōicantes seu rationales. Proporcio irracionalis solum est inter quantitates in cōmensurabiles noncōicantes seu irrationales. Quantitates cōmensurabiles cōicantes seu rationales sunt ille quibus est vna mensura cōis quamlibꝫ illarum precise mensurans sicut sunt linea bipedalis ꝛ linea tripidalis quarū vtramqꝫ linea pedalis precise mensurat. Nam linea pedalis bis sumpta precise mensurat ꝛ reddit bipedalem. Ter vero sumpta precise reddit tripidalē. Ideo linea bipedalis ꝛ tripedalis sunt q̄ntitates cōmensurabiles cōicantes seu rationales. Quantitates autē icōmensurabiles nōcoicantes seu irracionales sunt ille quibus non est aliqua mensura cōis quamlibet illarum precise mensurans. sicut diametrū est costa quadrati quia medietas costi quadrati bis sumpta minus reddit q̄ equaliter diametrum. ter vero sūpta maius reddit q̄ eq̄liter diametrū. Similiter diametri medietas bis sumpta equaliter reddit diametrū. Si vero bis sumatur nō equaliter reddit costam quadrati. patet ergo q̄ diametrum ꝛ costa quadrati sunt quantitates icōmensurabiles non cōicantes seu irrationales

Proporcio rationalis reperitur in numeris ꝛ in aliis quantitatibus quibuscūqꝫ Et causa est quia nō sunt aliqui duo numeri assignandi quin inter illos est ꝓporcio rationalis quia illis est aliqua mensura cōis scilicet vnitas. Proporcio irrationalis in numeris non reperitur sed inter omnes alias quantitates. ¶ Similiter proporcio magis ꝓprie dicta dr̄ duplex quedā est equalitatis et quedam inequalitatis. Proporcio equalitatis est duarum quantitatū equaliū adinuicē habitudo. sicut inter vnum ꝛ vnum. duo ꝛ duo. Proporcio inequalitatis est duorum quantitatum iequalium habitudo Et est duplex. quedam est maioris iequalitatis. quedem minoris inequalitatis. Proporcio maioris inequalitatis ē hītudo maioris quantitatis ad minorē vt duo ad vnū. tria ad duo ꝛ sic de similibus. Proporcio minoris inequaltatis est habitudo minoris quantitatis ad maiorem vt vnum ad duo. duo ad tria ꝛ sic deinceps.

Proporcio maioris inequalitatis habet quinqꝫ spēs. vel dicitur quinqꝫ modis. scꝫ multiplex. supꝑticularis supꝑtiens multiplex supꝑticularis ꝛ multiplex supꝑtiens. Multiplex ꝓporcio est habitudo maioris quantitatis ad minorem multociens cōtinentis quantitatem minorem ꝛ hec in spēs in infinitas spēs ꝑtitur. Si enim maior quantitas bis contineat minorem proporcio dupla vocatur. Si vero ter tripla. si quater q̄drupla ꝛ sic in infinitum. Exemplum proporcionis duple vt duo ad vnum quatuor ad duo octo ad quatuor. ¶ Superꝑticularis proporcio est habitudo maioris quantitatis ad minorem illam semel ꝯtinentis ꝛ eius ꝑtem aliquotam vltra.

¶ Pars aliquota est illa que aliquotiens sumpta reddit equaliter suū.

totum. Pars vero non aliquota est illa que aliquotiens sumpta non reddit equaliter suũ totum vt binarius respectu ternarij ꝛ sic de alijs. Hec enim proporcio infinitas recipit sectiones. Unde si maior quantitas semel minorem quantitatem ꝯtineat ꝛ eius medietatem vltra dicitur proporcio sequialtra vt est inter tria et duo. sex ad quatuor et sic procedendo in infinitum. Si autem maior quantitas contineat minorem et eius terciam partem vltra dicitur proporcio sequitercia . vt quattuor ad tria. Si autem quartam partem vltra sequiquarta dicitur vt quinqꝫ ad quattuor et sic in infinitum. Si vero quintam partem vltra sequiquinta dicitur vt sex ad quinqꝫ ꝛ sic ꝓcedendo vt prius in quibuscũqꝫ duobus numeris. ¶ Superpciens proporcio est hitudo maioris quantitatis ad minorem illam semel continentis et aliquas partes vltra ex quibus simul sumptis non sit pars aliquota respectu minoris numeri et talis ꝓporcio infinitum recipit sectionem. Unde si maior quantitatis semel minorem quantitatem contineat ꝛ tales duas ptes vltra ex quibus simul sumptis non sit aliqua pars aliquota respectu minoris quantitatis quarum quelibet pars est tercia pars respectu minoris quantitatis dicitur proporcio superbipciens tercias vt quinqꝫ ad tria decem ad sex. et sic ꝓcedendo in infinitum. Si vero maior quantitas semel minorem contineat ꝛ tales tres partes vltra ex quibus simul sumptis nō sit aliqua pars aliquota respectu minoris quantitatis quarum quelibet est quarta ps respectu minoris dicitur supertripciens quartas qualis est inter septeꝫ et quatuor/ quatuordecim et octo ꝛ sic in infinitum . ¶ Multiplex supparticularis est habitudo maioris quantitatis ad minorem illam multociens continentis et eius partem aliquotam vltra. Unde si maior q̄ntitas bis minorem quantitatem contineat et eius medietatem vltra ꝓporcio dupla sequialtra dicitur Si ter proporcio tripla sequialtra dicit. Exemplum primi vt quinqꝫ ad duo decem ad quatuor . Exemplum secundi vt semptem ad duo. quatuordecim ad quattuor . Si enim maior quantitas bis minorē cōtineat et eius terciam partem vltra proporcio dupla sequitercia dicitur vt septem ad tria quatuordecim ad sex . Et si quartam partem vltra proporcio dupla sequi quarta dicitur vt nouē ad quatuor. Multiplex supparciens est habitudo maioris quantitatis ad minorē illā multociens continent(. ꝛ alias ptes vltra. ex quibus simul sumptis non sit aliqua pars aliquota respectu minoris quantiatis dicit proporcio dupla suppbiparciens tercias talis; qualis est proporcō inter octo ꝛ tria sedecim ꝛ sex. Si vero maior quantitas bis minorem contineat ꝛ tales tres partes vltra ex quibus simul sumptis non sit aliqua pars aliquota respectu minoris quantitatis quarum quelibet est quarta pars respectu minoris quantitatis dicitur proporcio dupla supertriparciens quartas, vt inter vndecim et quattuor xxij. ꝛ octo, et sic infinitum precedendo.

¶ Proportio minoris inequalitatis est habitudo minoris quantitatis ad maiorē cuius tot sunt spēs quot sunt pportiōes maioris inequalitatis. et eisdē vel oīno cōsilibus appellātur noibus. isto termino sub supaddito vt subdupla. subtripla. subsexqalrera. subseqtercia. subsupparticularis. subsupp ciens et sic de oibus aliis spēbus quarum oim diffinitiōes cū exēplis p̄ciōbus satis inotescūt. Et ex istis est notandū q̄ ois pportio int duos terminos repit. ¶ Scias etiā q̄ quāta est vna quantitas ad aliā tanta est pportio illius ad illā. Et quāta est pportio vni9 quātitatis ad aliā tanta est quantitas illius ad reliquā etc.

¶ Modo sequitur secūda pars huius libri que de proporcionalitate determinat.

Proportio est ordo numerorum. sz pportōnalitas ē ordo pportionū. Et dr tribus modis. scz Arithmetrica. geometrica. armonica. ¶ Proportionalitas arithmetrica ē qn sūt tres termini vel plures et equalis est excessus pmi ad secūdū et scdi ad terciū et sic de aliis. vt sex ad quinqz quinqz ad quattuor. iiij. ad tria. tria ad duo. duo ad vnum. ¶ Proportōnalitas geometrica est qn sūt tres termini vel plures et eqlis ē pportio pmi ad secūdū et scdi ad terciū et tercij ad quartū. et sic de aliis vt. xvi. ad. viij. et. viij. ad. iiij. et. iiij. ad. ij. et duo ad vnū. ¶ Proportōnalitas armonica est qn tres sūt termini et equalis est pportio inter pmū et terciū. sicut inter excessū pmi numeri ad secūdū numerū et scdi numeri ad terciū numerū. vt. vi. iiij. iij. inter. vi. et. iij. est pportio dupla et int duo qui sūt excessus int pmū et scm et vnū q est excessus int scdm et terciū. est pportio dupla. g eadē est pportio pmi ad terciū qualis est inter excessū pmi ad scdm et scdi ad terciū. Differentia siue excessus vni9 quātitatis ad aliā est illud p qd minor quātitas excedit a maiori. Et iste proportionalitates differūt abinuicē qr tā arithmetrica q̄ geometrica in tribus terminis ad min9 repiunt et in quibuscūqz pluribus. Sz armonica est tm in tribus terminis. ¶ In alio etiā differūt qr vltima. scz armonica cōtinua manet: sed due pme. scz arithmetrica et geometrica possunt esse cōtinue et etiā discontinue.

¶ Proporcionalitas arithmetrica ꝯtinua ē equalitas differentiarum p terminū cōmunē vel p terminos coēs copulata. vt sicut se hēt. iiij. ad tria: ita tria ad duo et duo ad vnū. Discōtinua est equalitas differentiarum p nullū terminū cōmunē nec p aliquos terminos cōmunes copulata vt sicut se habet sex ad quattuor ita tria ad vnū vel sicut quinqz ad quattuor ita tria ad duo.

¶ Proportionalitas geometrica cõtinua est similitudo ꝓportionū ꝑ vnū
terminū cõmunē mediū vel ꝑ plures tīos cões medios copulata ꝑ vnū
terminū cõem. vt sicut se hȝt quattuor ad duo: ita duo ad vnū. ꝑ plures
tīos vt sicut se hȝt octo ad. iiij. ita. iiij. ad duo. ⁊ duo ad vnū. Discõtinua ē
silitudo ꝓportionū ꝑ nullū terminū cõem nec ꝑ aliquos terminos cões
copulata vt sicut se hȝt octo ad. iiij. ita duo ad vnū. ¶ Proportionalitas
cõtinua ⁊ discõtinua differūt inter se in hoc ꝙ cõtinua in tribus tīis ⁊ in
quibuscūq; plurib⁹ repit. Discõtinua vero inter quattuor ad min⁹ ⁊ in qui
buscūq; pluribus repit. ¶ Aliter etiā differūt in hoc ꝙ in ꝓportionalita
te cõtinua oportet oēs tīos in genere ꝯuenire. sȝ in ꝓportionalitate dis-
continua pñt aliqui termini in geñe diuersificari. vt sicut se hȝt corda ad
cordā sic se hȝt son⁹ ad sonū. Et sicut se hȝt hoc corpus ad hoc corpus:
ita se hȝt hec potētia ad hāc potētiā. ¶ Proportionabilia sūt illa que ī
aliqua ꝓportionalitate cõueniūt. Et dñr tribus modis. Qr aliqua sunt
ꝓportionabilia ꝓportionalitate arithmetrica quedā ꝓportionalitate ge
ometrica ⁊ quedā ꝓportionalitate armonica. ¶ Proportionabilia pro
portionalitate arith metrica sūt illa quoꝝ excessus vel differentie sūt eq̄
les. ¶ Proportionabilia ꝓportionalitate geometrica sūt illa quoꝝ pro
portiones sūt silēs vel equales. ¶ Proportionabilia ꝓportionalitate ar
monica sūt illa quoꝝ extremoꝝ vel differētiaꝝ ꝓportiões sūt silēs vel eq̄
les. Et hec oīa cū suis exēplis patēt ꝑ p̄dicta. ¶ Ex istis patet ꝙ terna
rius numerus est paucissim⁹ terminoꝝ in q̄bus ꝓportionalitas repitur
⁊ nullus est maximus numerus in quo existit. ¶ Proportionabilia pro
portionalitate geometrica dñr duobus modis. scȝ proportionabilia ꝑmu
tatim ⁊ ecõtrario ¶ Proportionabilia ꝑmutati sūt illa quoꝝ sicut se hȝt
añs vni⁹ ꝓportiõis ad añs alterius: ita ꝯñs vnius ad ꝯñs alterius. verbi
gratia. Sicut se hȝt octo ad. iiij. ita duo ad vnū. Est eñi eadē ꝓportio in
ter octo ⁊. iiij. ⁊ duo ⁊ vnū. ⁊ sicut se habet octo ad duo: ita. iiij. ad vnū. ⁊
sic illi quattuor termini ꝑmutati existūt proportionabiles. ¶ Ecõtrario
ꝓportionabilia ꝓportionalitate geometrica sūt illa qñ sūt duo termini.
⁊ sicut se habet ꝯñs vnius ad suū ꝓpriū añs. sic ꝯñs alterius se habȝ ad
suū añcedens verbi gratia sicut octo ad. iiij. se habent. ita duo ad vnū se
habent. ⁊ ecõtra sicut. iiij. ad. viij. ita vnū ad duo. ¶ Proportionabilitas
geometrica dr̄ quattuor modis. disiūcta. ꝯiūcta. euersa. ⁊ ecõtra. ¶ Pro
portionabilitas geometrica disiūcta est quorūlibȝ añcedētiū ad sua ꝯñia
seperatim ꝓportionū equalitas. vt sicut se hȝt. viij. ad. iiij. ita duo ad vnū
¶ Cõiūcta ꝓportionalitas geometrica est quorūlibȝ añcedētiū cū suis
ꝯñtib⁹ ad ꝓpriū ꝯñs. ꝓportionū silitudo vt sicut se hñt. viij. ⁊. iiij. ad. iiij.
ita duo ⁊ vnū ad vnū. ¶ Euersa ꝓportionalitas geometrica est quorū-
libet añcedentiū cū suis cõsequentibus ad ipsū añcedens proportionū
silitudo vt sicut se habent. viij. ⁊. iiij. ad. viij. ita duo ⁊ vnū ad duo. ¶ Ecõ
tra ꝓportionalitas geometrica ⁊ qñ sūt duo ordines ⁊ in vtroq; ordine
sunt tres termini vel plures ⁊ sicut se habet primus termin⁹ primi ordi
nis ad suū secundū, sic se habet primus terminus secūdi ordinis ad suū

secundū τ sicut se hʒt secūdus termin⁹ pⁱmi ordinis ad suū tercū. ita se habet secūdus terminus secūdi ordinis ad suū terciū. vt octo quattuor duo/quattuor duo vnū. ¶ Et sicut dictū est de ꝓportionalitate geome- trica ita dici potest de proportōnalitate arithmetrica ordinādo numeros equaliter se habentes. secundū excessū vnde dici potest ꝙ proportiona- litatū arithmetricarū quedā cōtinua est quedā discōtinua. Et iterū que- dā disiūcta. quedā cōiūcta. quedā euersa quedā econtra.

¶ Iam superest tercia pars huius libri quasdā sup- positōes pmittēs quarum suppositionū prima ē hec.

¶ Oēs proportiones sūt eedē vel equales quarū denoīatōes sūt eedē vel equales. ¶ Secunda suppositio est hec. Si sint tres termini tm̄ et primus est maior secūdo τ secundus maior tercio proportio primi ad vl timū cōponit̄ ex proportione primi ad secūdū τ secūdi ad terciū. ¶ Ter cia suppositio est hec. Si sint tres termini vel plures τ primus est ma- ior secūdo. τ secūdus maior tercio τ sic de aliis ꝓportio primi ad vltimū cōponit̄ ex proportōe primi ad secūdū τ secūdi ad terciū. τ tercii ad quar tū. τ sic de aliis. ¶ Quarta suppositio est hec. Si sint duo equalia cōpa ta ad aliquod terciū eadē vel cōsil̄is est ꝓportio inter vnū eorum τ illud ter ciū sicut inter reliquū istorum τ illud terciū. ¶ Quinta suppositio est hec. Si sint due quantitates inequales cōpate ad aliquod terciū maior erit proportio maioris illarū ad illud terciū quā minoris ad illud terciū τ ecō tra maior erit proportio illius tercii ad maiorē ꝙ proportio illius tercii ad minorē. ¶ Sexta suppositio est hec. qn̄ aliquid componit̄ ex duobus equalibus illud cōpositū est pcise duplū ad quodlibet illorum. Et si fuerit cōpositū ex tribus equalibus illud cōpositū est pcise triplū ad quodlibʒ illorum. ¶ Septima suppositio τ vltima est hec. Quando aliquid cōponit̄ ex duobus inequalibus illud cōpositū erit plus ꝙ duplū ad minus τ mi nus ꝙ duplū ad maius. Exemplū tripedale cōponit̄ ex pedali τ ex bi- pedali. τ illud tripedale est plus ꝙ duplū ad pedale τ minus ꝙ duplum ad bipedale. Quinqʒ prime suppositiones sunt ꝓbate quinto Euclidis per phm̄ τ due vltime patent ꝑ rationē. ¶ Prima quo ꝓbanda ex istis suppositionibus est hec. Si sint tm̄ tres termini ꝓportionabiles propor cionalitate geometrica τ si primus sit maior secundo τ secundus maior tercio tūc proportio primi ad terciū precise est dupla ad proportionē pri mi ad secundum τ secundi ad tercium. Hoc probatur sic τ capio istos tres terminos octo quattuor τ duo. Tunc arguitur sic ¶ Inter octo et quattuor est proportio dupla. τ inter quattuor et duo est ꝓpositio dupla.

ergo iste ꝓposiciones sunt similes vel equales. ꝯña patet ꝑ primã sup-
posicionem .scꝫ omñs ꝓporciones sunt similes ⁊c. Et tunc arͬ ꝑ secũdã
supposicionem. Quando sunt tres termini tm̃ ⁊ primus est maior secũ-
do ⁊ secundus maior tercio tunc ꝓporcio primi ad vltimũ cõponitur ex
illis sed hic sunt tales tres termini ergo proporcio primi ad vltimũ cõ-
ponitur ex illis sed iste proporciones sunt equales. ergo ꝓporcio primi
ad vltimũ cõponitur ex duabus equalibus et ꝑ ꝯñs ꝓporcio primi ad
vltimũ est duplũ ad quodlibꝫ illoꝝ. ꝯña patet ꝑ sextã supposicionẽ, ⁊ si
fuerint quattuor termini consimiliter est dicendũ ⁊ sic deinceps.

¶ Secunda conclusio ꝓbanda est hec. si fuerint quattuor termini ꝓ-
porcionabiles ꝓporcionalitate geometrica ꝓporcio primi ad vltimum
erit tripla ad ꝓporcionẽ primi ad secundũ ⁊ secundi ad terciũ ⁊ tercij ad
quartũ. hoc ꝓbatur sic. Et capio istos quattuor terminos. Octo qua-
tuor duo vnũ. Tunc arguitur sic. hic sunt quatuor termini quoꝝ primꝰ
est maior secundo. ⁊ secundus maior tercio. ⁊ sic de alijs . ergo ꝓporcio
primi ad vltimũ cõponitur ex istis. ꝯña patet ꝑ terciã supposicionẽ. Sꝫ
equalis est ꝓporcio primi ad secundũ ⁊ secundi ad terciũ ⁊ tercij ad q̃r-
tum ergo ꝓporcio primi ad vltimũ componitur ex tribus equalibꝫ g̃ ꝓ-
porcio primi ad vltimũ est p̃cise tripla ad quodlibet illoꝝ ꝯña tenet per
sextã supposicionẽ. Et si sint quinqꝫ termini ꝓporcio primi ad vltimum
erit quadrupla. Si sint termini proporcio primi ad vltimũ erit q̃ntupla
ad quodlibet illoꝝ ⁊ sic in infinitũ.

¶ Tercia conclusio est hec. si sint tremini ⁊ si primus fuerit maior ꝙ̃
duplũ secũdi ⁊ secundus equaliter duplũ tercij proporcio primi ad vlti-
mũ est minor ꝙ̃ dupla ad proporcionẽ primi ad secundũ ⁊ maior ꝙ̃ du-
pla secundi ad terciũ hoc probatur sic. Et capio istos tres terminos sex
duo ⁊ vnũ tũc arguitur sic. ꝑ secundã supposicionẽ. Si sint tres termini
et c̃. sed hic sunt tales ergo proporcio primi ad vltimũ cõponitur ex illis
sed maior est proporcio primi ad secundũ ꝙ̃ secundi ad terciũ ergo pro
porcio primi ad vltimũ cõponitur ex ꝓporcionibus inequalibus ergo ẽ
plus ꝙ̃ dupla ad minꝰ ⁊ minus ꝙ̃ dupla ad maius . ꝯña patet ꝑ septi-
mã supposicionẽ. Sed maior est ꝓporcio primi ad secundũ ꝙ̃ secũdi ad
terciũ ergo proporcio primi ad vltimũ est minor ꝙ̃ dupla ad proporcio-
nem primi ad secũdũ ⁊ maior ꝙ̃ dupla ad proporcionẽ secundi ad terci-
um. sed proporcio primi ad vltimũ est sextupla ⁊ proporcio primi ad se-
cundum est tripla ⁊ secundi ad terciũ est dupla ergo proporcio sextupla
est minor ꝙ̃ dupla ad ꝓporcionẽ triplã et maior ꝙ̃ dupla ad proporcio-
nem duplã. ¶ Quarta conclusio est hec. Si sint tres termini ⁊ si primꝰ
fuerit equaliter duplus secundi ⁊ secundus maior ꝙ̃ duplus tercij. pro-
porcio primi ad vltimũ est maior ꝙ̃ dupla ad proporcionẽ primi ad secũ-
dum ⁊ minor ꝙ̃ dupla ad proporcionẽ secundi ad terciũ . Hoc ꝓbatur.
sic Et capio istos tres terminos. Sex tria vnũ. tunc arguitur sic ꝑ secũ-
dã supposicionẽ. Si sint tres termini et c̃. sed hic sunt tales tres termi-
ni. ergo proporcõ primi ad vltimũ cõponitur ex illis sed maior ẽ ꝓporcõ

inter secundum ⁊ terciū ꝙ inter primū ⁊ secundum ergo ꝓporcio primi ad vltimū cōponitur ex duobus in eq̄libus g̃ est plꝰ ꝙ dupla ad minꝰ ⁊ minor ꝙ dupla ad maius Sꝫ maior est ꝓporcio secūdi ad terciū ꝙ primi ad secundū g̃ ꝓporcio primi ad vltimū erit minor ꝙ dupla ad ꝓporcionē secundi ad terciū. ⁊ maior ꝙ dupla ad ꝓporcionē primi ad secūdū Sꝫ ꝓporcio primi ad vltimū est sextupla et ꝓporcio primi ad secundū ē dupla ⁊ ꝓporcio secundi ad terciū ē tripla g̃ ꝓporcio sextupla ē minor ꝙ dupla ad ꝓporcionē triplā ⁊ maior ꝙ dupla ad ꝓporcionē duplā.

¶ Quinta cōclusio est hec. si fuerint tres termini Quoꝝ primus ē minor ꝙ duplus secūdi ⁊ secundus equaliter duplus tercii ꝓporcio primi ad vltimū est maior ꝙ dupla ad ꝓporcionē primi ad secundū ⁊ minor ꝙ dupla ad proporcionē secūdi ad terciū hoc ꝓbatur sic. ⁊ capio istos tres terminos Sex quatuor ⁊ duo. Tūc arguitur sic ꝑ secundā supposicionē Si sint tres termini ⁊c. sed hic sūt tales tres termini ergo ꝓporcio primi ad vltimū cōponitur ex illis sed iste ꝓporciones sūt ineq̄les g̃ ꝓporcio primi ad vltimū cōponitur ex duobus inequalibus ergo est plus ꝙ dupla ad minꝰ ⁊ minus ꝙ dupla ad maius sed maior ē ꝓporcio secundi ad tercij ꝙ primi ad secundū g̃ ꝓporcio primi ad vltimū est maior ꝙ dupla ad ꝓporcionem primi ad secūdum. ⁊ minor ꝙ dupla ad ꝓporcionē secundi ad terciū Et sic tripla est maior ꝙ dupla ad sequialteram ⁊ minor ꝙ dupla ad ꝓporcionē duplā.

falsificans se, vel non falsificans se, principaliter sicut est vel aliter quam est significatiua, ex impositione vel ex impositionibus qua vel quibus vltimo fuit imposita ad significandum. Quarta et vltima est ista insolubile est propositio significans sicut est vel aliter quam est et est pertinens ad inferendum se fore veram vel falsam. Consequenter sequitur suppositiones. quarum prima est hec. Omnis propositio pertinens ad inferendum seipsam fore falsam est propositio falsificans se. vt patet ex intentione philosophi quarto metaphisice, vbi dicit quasdam orationes seipsas destruere. sed planum est quod ibi aliter non intendit per orationem destruentem se nisi orationem pertinentem ad inferendum seipsam fore falsam quod significatur per istum terminum falsificantem se. et melius sonat in lingua latina falsificantem se quam destruentem se. quia nec oratio est destructiua suipsius nec alterius a se lingua tamen greca melius sonat orationem destruentem se. quam falsificantem se. Et ideo translator vtitur tali termino destruens se vbi nos vtimur tali termino falsificans se. eo quod verius dicitur et pulcrius. Secunda suppositio est hec. Omnis propositio falsificans se est falsa. probatur sic. Quelibet propositio falsificans se significat sicut vel aliter quam est. si aliter quam est ergo est falsa consequentia patet per terciam descriptionem. si significat sicut est tunc ex illa cum totaliter significat sic esse sicut est sequitur ipsam fore falsam. ergo sequitur quod illa est falsa. Tercia suppositio est hec. Propositio verificans se est propositio pertinens ad inferendum seipsam fore veram. hoc patet per suppositionem primam. Nam sicut propositio pertinens ad inferendum seipsam fore falsam dicitur propositio falsificans se. sic propositio pertinens ad inferendum seipsam fore veram dicitur propositio verificans se. Quarta suppositio est hec Non omnis propositio verificans se. est vera et ponatur quod multe sint propositiones vere et multe false et quod ista Omnis propositio est vera principaliter significat quod omnis propositio est vera tunc notum est. quod ista propositio est falsa per terciam diffinitionem eo quod principaliter significat aliter quam est et quod ista verificet se probatur sic Nam ista est pertinens ad inferendum seipsam fore veram nam sequitur Omnis propositio est vera eadem est propositio. ergo eadem est vera. Quinta suppositio est hec. Nulla propositio est sue partes. vt patet per Aristotilem septimo metaphisice versus finem vbi declarat quod ista sillaba .ba non est iste littere B. a. eo quod iste littere possunt esse. quando ista sillaba non est. Ideo iste littere non possunt esse ista sillaba .ba. et consimili ratione probatur quod propositio non est sue partes. Sexta suppositio est hec quod nulla propositio vera est propositio falsa nec econtra hec suppositio satis patet. Septima suppositio est hec. quod qualitercunque concipiens concipit per propositionem. ita illa sibi sic significat hoc patet ex discriptione istius termini, significare. nam significare nihil aliud est quam mentis conceptum representare. Sed qualitercunque concipiens concipit per propositionem ita illa in conceptu suo sibi representat ergo. etc. Octaua suppositio et vltima est hec. propositio in voce vel in scripto non propter taliter esse qualiter concipiens concipit per illam dicitur vera vel falsa sed propter taliter esse qualiter ex impositione vel ex impositionibus signifi-

cat est vera vel falsa. hoc patet Nam si ppositio in voce vel in scripto fo
ret vera vel falsa ppt hoc q aliquis cõcipit p illã sic esse vel aliter esse
tũc pure latin9 sciret plures ppões grecas q pfect9 grecus. Probat
sic 7 capiatur pure latin9 qui p oñe scriptũ quod videat et p oñe pba
tũ qd audiat solũ concipiat q dc9 est. Et capiatur grec9 qui concipiat
taliter esse p ppões qualit ex impõne vel ex impõnibus significãt. Et
pono q iste latin9 audiat 7 videat oñs ppões quas videt 7 audit iste
grec9 tũc iste latin9 scit oñs ppões istas fore veras eo q p oñs istas
solũ cõcipit sicut est. sz ille grec9 p aliquas cõcipit sicut est. 7 p aliquas
alit q est. ¶ Ex istis suppõnibz sequũtur tres cõclusiones. quaz pma
est hec q Aliqua ppositio que significat sicut est ẽ falsa. Probat sic Ali
qua ppositio est significãs sicut ẽ que falsificat se 7 ois ppositio falsi
ficãs se ẽ falsa g aliqua ppositio significãs sicut est ẽ falsa. Maior patet
p dicta i diuisione secũda. 7 quatuor p suppõnẽ secũdam ex qbus sequit
conclusio pbanda ¶ Secũda cõclusio ẽ hec. In aliqua oña bona 7 for
mali ex vero sequtur falsũ pbat sic. In aliqua oña bona 7 formali ex vero
sequit aliqua ppositio falsificãs se. et quelibet talis ppositio ẽ falsa p
secũdã suppositionẽ. g 7c Añs pbat sic. ista oña ẽ bona 7 formalis. Cõ
sequẽs isti9 oñe est falsũ. g oñs isti9 oñe est falsũ. Añs isti9 oñe est verũ
et oñs falsũ pbat sic 7 ponat q ista oña solũ sit. ita q nulla alia sit 7 q
añs isti9 oñe significet pncipalit q oñs isti9 oñe sit falsũ. eadẽ oña de
mõstrata Et q oñs isti9 oñe significet pncipalit q oñs isti9 sit falsũ.
Isto casu posito hoc oñs falsificat se. vt patet Nam oñsequẽs ẽ ptinẽs
ad inferẽdũ seipam fore falsã. g falsificat se. oña patet p pmã suppo
sitionẽ. Añs pbat sic cũ illa significat totalit sicut est sequit omnino oñs
fore falsã. g oñs est ptinẽs ad inferendũ seipam 7c. oña patet p dicta in
secũda diuisione Et añs pbat Nam sequit oñs est falsũ hoc est oñs g
hoc ẽ falsũ sz q añs pncipalis oñe sit verũ. pbat sic Nam añs significat
principaliter sicut est 7 nõ falsificat se g est vera Maior et minor patet
intuenti. ¶ Tercia conclusio est hec duo contradictoria inter se con
tradicentia sunt simul falsa pbatur sic. Aliqua sunt duo contradictoria
inter se contradicentia quorum vna ppositio significat aliter q est pn
cipaliter et alia falsificat se ergo conclusio vera oña patet per secundã
suppositionem. et descriptionem terciam. ¶ Assumptum pbatur sic
Ista sunt huiusmodi hoc est falsum et hoc non est falsum et volo q per
vtrumqz istorum hoc demonstretur pmũ istorum et q ista hoc est fal
sum significet principaliter q hoc est falsum. et q ista ppositio hoc nõ
est falsum. significet principaliter q hoc non est falsum tunc pmum
istorum est falsum. eo q falsificat se. Nam sequitur hoc est falsum er
go hoc est falsum. et secundum est falsum. eo q significet aliter q est.
ergo 7c ¶ Contra istas conclusiones arguitur sic vna istarum ponit
aliquã propositionem neqz fore falsam neqz veram quod est contra phiũ

in predicamentis vbi dicit ꝙ omnis affirmatio est vera vl falsa. Ex qua autoritate sequitur vt patet ꝙ omnis ꝓpositio affirmatiua est vera vel falsa. Et si hoc sit verum de affirmatiuis hoc est verum de negatiuis eadem ratione. Item in eodem libro dicit alibi. In eo ꝙ res est vel non est dicitur propositio vera vel falsa. sed quecumqꝫ propositio detur vel est ita ex parte rei sicut illa significat vel non ergo quecumqꝫ propositio detur illa est vera vel falsa. ¶ Dicendum est ad primum ꝙ philozophus cum dicit videtur autem ꝛc. intendit ponere differētias inter ꝓpositiones et incōplexa. ex quibus propositiones conponūtur Et differentia sua est hec. Omne verum vel falsum est propositio affirmatiua vel negatiua sꝫ nullum incomplexum est verum vel falsum. ¶ Ad secundum dico ꝙ ista regula sic intelligitur quādo ista est ex parte rei sicut propositio significat principaliter si non falsificat se est propositio vera. Et in eo ꝙ aliter est ex parte rei ꝙ̄ proposito significat est propositio falsa ¶ Pro quo est sciendum ꝙ omnis propositio significans sicut est vel aliter ꝙ̄ est principaliter dicitur vera vel falsa. si sit propositio de presenti de preterito vel de futuro necessario vel de futuro contingenti cuius veritas dependet de presenti et nulla alia est vera vel falsa. Ex quo ꝙ multe sunt propositiones que neqꝫ sunt vere neqꝫ false. cuius est hec propositio. Hec propositio significat aliter ꝙ̄ꝫ est. eadem demōstrata. et sic principaliter significant tales. Tu morieris cras Et tu nō morieris cras. Et omnis propositio de futuro contingenti cuius veritas non dependet de presenti. ¶ Contra aliam partem arguitur sic. Ista positio ponit aliquem propositionem esse falsam que principaliter significat sicut est ergo eadem ratione habet ponere aliquā propositionem esse veram que principeliter significat aliter ꝙ̄ꝫ est hoc negat ista positio ergo male. Item ista positio asserit omnē propositionem fore falsam. que falsificat se ergo habet assercre omnē propositionē verificātem se. fore veram et tamen negat positio ista. ¶ Ad primū dicendū est. ꝙ ꝯña nō valet quia antecedēs est verū ꝓ tanto ꝙ si ex aliquibus propositionibus quarū quelibet significat sicut est sequit alia propositio tūc ista propositio significabit principaliter sicut ē. Sed dicet ex aliquibus propositionibus quaꝝ vna significat alitꝙ̄ꝫ est et oēs alie significāt sicut ē. sequitur aliqua propositio tunc non sequitur ꝙ ista significat sicut est. Et cū quelibet proposito significans ꝙ propositio falsificans se est falsa. sequitur ex aliquibus propositionibus quarum quelibet significat sicut est. ꝙ ita erit sicut conclusio sequens ex illa significat sed sic non potest deduci de propositione verificante se. Nam si caperetur propositio verificans se. licet sequitur ꝙ illa sit vera nō sequitur ꝙ illa ē vera ex ipamet significante aliter ꝙ̄ꝫ est et aliis post se precise significantibus sicut est quia aliqua istarū significat aliter ꝙ̄ꝫ est. Ex quo sequitur vt patet ꝙ

hec consequentia est bona. hec ppositio falsificat se. ergo est falsa. sz nõ sequitur hec propositio verificat se. ergo est vera. Contra secundam cõclusionem sic obijcitur. Ita conclusio est contra regulas Aristotilis in libro priorum vbi vtitur talibus regulis. Consequens est falsum ꝗ añs. añs est verũ ꝗ ꝯñs. ergo non potest poni ꝙ sit ꝯña bona ꝛ formalis vbi añs est verum ꝛ ꝯñs falsum. Dicendũ ꝙ intellectus phi pro prima regula est. Si ꝯñs non significat sicut est. Et nec añs nec ꝯñs est ptinẽs ad inferendũ seipam non significare sicut est ergo añs non significat sicut est. ¶ Secunda regula sic intelligitur. Si añs significat sicut est. ꝛ nec añs nec ꝯñs est ptinens ad inferendum seipsam significare sicut non est. ergo ꝯñs significat sicut est. Contra terciam conclusionem arguitur sic. In primo posteriorum ꝛ in multis alijs locis. vbi videtur ꝙ aristotilis non inuit ꝙ duo contradictoria sunt simul vera vel simul falsa sed ista conclusio ponit ꝙ possunt esse simul falsa. ergo conclusio falsa. Dicendum est ꝙ intellectus aristotilis est. ꝙ nulla duo contradictoria sibi inuicem contradicentia quoꝝ vtrumqꝫ significat sicut est vel quoruꝫ vtrumqꝫ significat aliter ꝙ̄ est. sunt simul falsa vel simul vera Et hoc modo loquitur continue aristotiles dicens id fore verũ quod significat sicut est Et id fore falsum quod significat principaliter aliter ꝙ̄ est. nisi in materia insolubiliũ. Vbi intendit p falsum non tale quod significat aliter ꝙ̄ est. sed tale quod destruit se id est falsificat se. vt patet p phm̃ quarto metaphorice. vbi dicit sic. Accidit oibus talibus propositionibus seipas destruere Vbi intendit ꝙ illa oratio que est ptinens ad inferendum seipsam fore falsam. destruat se ꝛ falsificat se Et quelibet talis est falsa. vt declaratum est prius.

His igitur intellectis secundum sentenciam Aristotilis sequens ẽ isolubilia soluere ꝛ int ista primo determinandũ est de insolubilibus ex proprietate vocis generatis. in insolubilia simplicia in facilioribus principiũ mihi sumam. Sit igitur hoc ppositio i scripto. Falsũ est. ꝛ nulla alia. ꝛ significet ista principaliter ꝙ falsũ est. Deinde proponatur falsum est. si negetur vel dubitetur. Contra pposito vera vel falsa est sed nulla propositio vera ẽ. ergo propositio falsa est. ꝛ vltra ergo falsum est. Maior manifesta est et minor patet p casum quod probatur sic. Nam si oppositum minoris repugnat casui ꝗ ꝛc. Añs pbatur sic. Si oppositum minoris repugnat ꝛ est possibile ponatur oppositum minoris cũ casu .s. qꝺ ppositio vera ẽ tunc arguitur sic. propositio vera est. ꝛ nulla propositio vera est nisi ista

ergo ista est vera demonstrando falsũ est. Et vltra ergo est ita sicut ista significat principaliter ꝯña patet ꝑ descriptionẽ terciã. Sed per casum ista significat principalit ꝙ falsum est. ergo ita est ꝙ falsũ est ⁊ nulla est propositio falsa. nisi ista. ergo ista falsũ est. est falsa. ⁊ sic sequit ꝙ eadem propositio est vera ⁊ falsa. quod est impossibile. ¶ Si concedatur ꝙ falsũ est. tũc sic falsũ est. ⁊ omnis propositio est ista. ergo ista est falsa. ⁊ vltra ergo ista significat principalit sicut nõ est: ⁊ ista pñcipaliter significat ꝙ falsũ est. ergo nõ est ita ꝙ falsũ est, cuius oppositum concessistis ¶ Item vos cõceditis falsũ. scitum a vobis fore falsũ. nõ sequens ex casu ergo male respõdetis. ¶ Item falsũ est ⁊ illa significat principalit ꝙ falsũ est. ergo ita est sicut illa significat pñcipaliter ⁊ vltra ꝗ illa est vera ¶ Huic forte respõdet negando casũ. ⁊ alios consimiles tanꝙ impossibiles. Contra si tantũ ista ꝓpositio sit in scripto ⁊ nulla alia ad huc foret possibile ꝙ aliquis videret istã. ⁊ similit multe ꝓpositiones forẽt. cũ illa. et ꝙ ista significat ex impõne ꝙ falsũ est. ponat ergo ꝙ multe alie ꝓpositiones sint cũ ista. ⁊ ista pñcipaliter significet ex impositione ꝙ falsũ est et sit vnꝰ homo qui cõtinue sit istructꝰ in tota vita sua ad cõcipiendũ ꝑ quãlibet ꝓpositionẽ ꝙ falsũ est. hoc posito pono ꝙ videat hoc scriptũ ⁊ cõcipiat ꝑ istã ꝙ falsũ est sicut fuerit istructus. Posito. ipso vidẽte illã cõtinue corrũpant oẽs ꝓpositiones alie ab ista. ita ꝙ nulla sit nisi ista. ꝗ posito iste cõcipit ꝑ istã ꝙ falsũ ẽ. ꝗ sic significat ꝙ falsũ ẽ ꝯña patet ꝑ suppõnẽ vltimã. ⁊ nulli alij ita sigt ꝗ solũ sigt forti ꝙ falsũ ẽ. Et sic vltio imponat ad significãdũ ꝙ significet principalit ꝙ falsũ est. ⁊ solũ ista est ergo totꝰ casꝰ verificatur. ¶ Item cũ hoc ꝙ tm̃ ista sit. ista potest pñcipaliter ex impositiõe significare maius vel minus simplicit ergo ex impositione vel ex impositionibꝫ põt sic significare pñcipalit. ¶ Item talis ꝓpoº deꝰ ẽ põt pñcipalit significare ꝙ deꝰ ẽ cũ hoc ꝙ tm̃ ista sit. Et nõ põt assignari causa. quare ista põt significare sic, cũ hoc ꝙ tm̃ illa sit quin ꝑ eandẽ vł cõsimilẽ põt ista significare ꝙ falsũ est. demõstrãdo istã falsũ ẽ. cũ hoc ꝙ tm̃ ista foret ergo si talis casus sit possibilis ꝙ deus est. et ꝙ significet precise ꝙ deus est. et tm̃ ista propositio sit sequitur ꝙ iste casus est possibilis. s. ꝙ ista propositio falsum est. significet falsũ esse cum hoc ꝙ tm̃ ista sit. Sed hic fugitur vna causa ⁊ dicitur ꝙlicet ista propositio deus est foret et nulla alia. ⁊ ista principaliter significat deum esse. ex isto non sequitur aliquod impossibile. sꝫ si tantũ foret ista propositio falsa. et principaliter significat ꝙ falsum est. sequitur impossibile. Sed vt posterius patebit ista causa non est nisi illorũ qui nesciũt aliter respondere. et insolubilia. nisi possibile foret impossibile sustinere ¶ Admittendus est igitur casus et quando proponitur falsum est, concedat et concedendum est ꝙ ista est falsa. Et negetur ista consequẽtia ista est falsa ergo significat aliter, ꝙ est sed oportet addere in antecedente, ꝙ ista nõ falsificat se. et hoc est falsum. Nam sequitur falsum est et hec est omnis propositio falsum est, ergo hec ẽ falsa, et sic illa ẽ inpertinens ad

inferendum seipsam fore falsam. ergo est falsa. consequentia patet per secundam suppositionem ❡ Ad aliud dicitur negando consequentiam Nam consequentia non valet in eo quod bene respondendo in aliquo casu posito falsum scitum a me fore falsum. est concedendum similiter impossibile scitum a me esse impossibile est a me concedendum. vt si ponatur quod ista propositio deus est significet quod homo est asinus. et hoc bene scietis ad huc ista foret concedenda deus est. et tamen ista est falsa et impossibilis et antecedens similiter est negandum. Nam quod falsum est sequitur ex casu. vt patet. Nam cum casu non potest stare quod ista sit vera et ex casu sequitur quod ista est propositio de presenti significans sicut est vel aliter quam est ergo sequitur ex casu quod sit falsa. Ad tercium dicitur concedendo primam consequentiam. s. quod falsum est. et ista significat principaliter quod falsū est ergo ita est sicut illa significat. et vltra ergo est vera negetur consequentia quando concluditur quod ista est vera eo quod aliqua propositio falsa significat est. vt patet per primā conclusionem. vt est de propositione falsificante se sic est in proposito vt declaratum est. ❡ Contra istū modum soluendi insolubilia arguitur sic. Aristotiles secundo Elenchorum capitulo de solutione plogismorum. secundū quid ad simpliciter soluit huiusmodi per istā fallaciam sed ista solutio sic non facit ergo peccat contra solutionē Aristotilis ergo nō valet. ❡ Dico quod si fiat talis consequētia hec propositio significat principaliter sicut est. ergo est vera hic est falatia secūdum quid ad simpliciter eo quod consequens significat duo. Nam ad hoc quod aliqua propositio sit vera. requiritur quod significet principaliter sicut est cum hoc quod non falsificat se. sed antecedens in consequentia factā solum secundum vnam partem sui significati infert consequens ex antecedente et non secundum totum suū significatum. Ideo si ad tale consequens a tali antecedente arguitur est fallatia secundum quid ad simpliciter ac si sic arguitur. Iste est albus secundum dētes ergo iste est albus Et quod iste sit sensus Aristotilis patet ibidem per eum vbi soluit persilogismū fundatum super talem casum. Ponens quod aliquis homo iuret se esse periuratum. Textus est. Nam qui iurat se esse periuratum bene iurat periurans hoc solum non bene iurat. Ex quo textu plane patet istā propositionem tunc esse falsam. Nam si ista foret vera et solum iurat istam. tunc solum iurat verum sed hoc est falsum. quia per consequens non foret periuratus. in hoc quod dicit in textu bene iurat eo quod iurat propositionem falsificantem se. et per hoc quod in fine textus apponit vnam negationem Non vult intelligere quod non iuret propositionem veram ita quod ista sit fallatia secundum quid ad simpliciter. Iste iurat propositionē significantem sicut est ergo iurat verum. Item patet in textu plane paulo post. quod talis prohibet eundē simpliciter esse mendacem et vbi intendit perlogismum fundatum super talem casum. Ponatur quod s. dicat sic. Sortes est mendax. ex quo patet quod non est inconueniens simul esse mēdacem et dicere propositionem significantem principaliter sicut est. nec sequitur istud ē verū sed ē fallatia secundum quid ad simpliciter vt prius declaratū ē.

¶ Aliud sophisma ponatur q nullum verum est. et q ista sit oins ppositio et principaliter significet q nullum verum est si negetur vel dubitet qn pponit Contra nulla propositio que nō est ista est vera et ista nō ē vera g nullum verum. Maior patet ex casu. Et minor sequitur ex casu. q sequitur probatur sic. Oppositum minoris est repugnans. ergo sequitur minor si non repugnat cu ista sit possibilis ponatur q ita est sicut illa principaliter significat et tunc arguitur sic hoc est verum nullum verum est. ergo ita est sicut illa principaliter significat consequentia patet per diffinitionē secundā et ista principalit significat q nullum verum est per casum. ergo ita est q nullum verum est. ex quo sequitur q ista non est vera si ergo concedatur q nullum verum est et ista sic principaliter significat ergo ista est vera et vltra ergo verum est. quod est oppositum concessi. ¶ Ad hoc dico concedendum est q nullum est veruz. et quod ista principaliter sic significat et neganda est consequentia que includit qd ista est vera quia falsificat se. eo q est ptinens ad inferendum seipsam. fore falsam. Nam sequitur nullum verum est. et ista propositio significat principaliter sicut est vel aliter q est. ergo ē falsa. ¶ Aliud insolubile ponatur q A et b sint due propositiones quarum a sit ista deus est. et b ista. Omne verum est a. et significent principaliter sicut termini pretendunt. tunc proponatur q omne verum est a. si negetur vel dubitetur Contra A est verum et nulla est propositio alia ab a. que est vera. ergo omne verum est a. Maior patet ex casu et minor est sequens quod probatur sic. Oppositum minoris est possibile et si ponatur cum casu sequitur oppositum casus. ergo minor sequitur ex casu. ¶ Assumptum probatur sic. et ponatur oppositum minoris cum casu. et arguitur sic. Aliqua propositio alia ab a. est vera et nulla est propositio alia ab a nisi. b. ergo b est verum. et b significat principaliter q omne verum est a. ergo ita est q omne verum est a. sed nullum b. est a et econtra. ergo nullum b est verum et sic per consequens Nulla propositio alia ab a. est vera qd est oppositum concessi. Si concedatur q omne verum est a. tunc sic. b. est non a. et b. est ergo. b. est falsum. consequentia patet et minor est concedenda. Maior est positum. ergo consequentia est concedenda. tunc sic b non est verum. et b. est propositio de presenti significans sicut est vel aliter q est. ergo est falsa. et vltra ergo non est ita sicut illa significat et illa significat q omne verum est A. ergo non est ita q omne verum est. A cuius oppositum est concessum.

¶ Solutio concedendum ē q omne verum ē A et q b est falsum et neganda est consequentia que concludit q significat aliter q est. sed oportet addere in minori q non falsificat se et hoc est negandum quia ī ppositio falsificat se vt patet. ¶ Item ponatur q iste sunt omnes propositiones deus ē. et homo est animal. et quelibet vniuersalis est dissimilis istis demonstrando istas deus est. et homo est animal.

Deinde pponatur ꝙ quelibꝫ vniuersalis ẽ dissimilis istis si negetur vel dubitetur Contra ista est dissimilis istis ꝛ ista est quelibet vniuersalis ꝙ quelibꝫ vniuersalis ẽ dissimilis istiꝰ demonstrando istã. quelibet vniuersalis est dissimilis istiꝰ. minor patet de se. ꝛ maiorẽ pbo. Nã ista est falsa ꝛ iste sunt vere demonstrata eadẽ vniuersali ꝙ ista est dissimilis istis. veris demonstratis. ꝯña patet ex modo loquendi. Et añs pbatur sic. Illa falsificat se ꝙ est falsa. ꝯña patet p suppositionẽ secũdã. ꝛ añs pbatur. Nam sequitur ista est dissimilis istis. et iste sunt vere ergo est falsa. ꝙ est dissimilis istis ꝛ ista est quelibet ppositio vniuersalis ꝙ quelibꝫ ppositio vniuersalis est dissimilis istis cuiꝰ oppositũ est ꝯcessũ. Si cõcedatur tũc sic quelibet vniuersalis est dissimilis istis ꝛ ista principaliter sic significat ergo ista principaliter significat sicut est ꝛ vltra ergo est vera ꝛ iste sunt vere ergo est similis istis. ꝛ ista est quelibet vniuersalis ꝛ est vera ergo nulla ppositio vniuersalis est dissimilis istis. Huic dicitur concedendo ꝙ quelibet vniuersalis ꝛc̃. ꝛ concedatur ꝙ ista principaliter significat sicut ẽ. sed nõ sequitur ergo est vera eo ꝙ falsificat se vt patet manifeste intuenti. ¶ De copulatiuis sit hoc sophisma. ponatur ista copulatiua deus est. ꝛ ista copulatiua est falsa ꝛ ꝙ significat principaliter ꝙ deus est. ꝛ ista copulatiua ẽ falsa. ita ꝙ p hoc pronomen ista demonstretur hec copulatiua. deinde pponatur ꝙ hec copulatiua ẽ falsa. si cõcedatur tunc sic. Deus ẽ et ista copulatiua est falsa. ergo ista capulatiua est falsa. ꝛ vltra ergo ista copulatiua non significat sicut est. ergo non est ita ꝙ deus est. Et ista copulatiua est falsa. Si negetur vel dubitetur Contra ista falsificat se ergo est falsa. consequẽtia patet ꝛ añcedens probatur. Nam sequitur deus est. et ista copulatiua est falsa. ergo ista copulatiua est falsa. Solutio concedatur ꝙ ista copulatiua est falsa. et negetur cõsequentia. ergo significat aliter ꝙ̃ est. sicut prius eo ꝙ falsificat se. ¶ De disiunctiuis sit hec sophisma ponatur ꝙ ista disiunctiua homo est asinus. vel nulla disiunctiua est vera. principaliter significet ꝙ prima pars principaliter significet quod homo est asinus. ꝛ secunda ꝙ nulla disiunctiua est vera et non sit aliqua disiunctiua alia ab ista. Dicendum est ꝙ disiunctiua est falsa. quia falsificat se oportet concedi. tamen quando proponitur eo ꝙ significat sicut est et tunc neganda est consequentia. vt prius ergo est vera ꝛc̃. ¶ De exclusiuis sit hoc sophisma ponatur ꝙ A sit ista propositio deus est ꝛ B ista exclusiua. Tantuꝫ A est verum ꝛ non sit alia propositio ab istis. ꝛ significet A principaliter ꝙ deus est ꝛ B principaliter. ꝙ tantum A est verum. Isto casu posito concedendum est. ꝙ tantum A est verum. eo ꝙ significet principaliter sicut est. dicendum est etiam ꝙ illa est falsa eo ꝙ falsificat se vt patet. ¶ De exceptiuis sit hoc sophisma. sit A ista propositio. Nulla propositio preter A est falsa. ꝛ non sit alia propositio ab A. ꝛ sit tantum vnum A, et significet principaliter ꝙ nulla propositio preter A.

est falsa. Isto posito concedendum est. ꝙ nulla propositio preter. A. est falsa. et cōcedendū est ꝙ a est falsa eo ꝙ falsificat se. Et hec de insolubilibus que ex vocum proprietatibus nascuntur satis sufficiunt.

Premissis insolubilibus que ex vocū nascunt̄ ꝓprietatibus modo sequūt̄ insolubilia que ex actibus nostris nascūtur. ¶ Pro quo sciendum est ꝙ duplices sunt actus nostri. Quidā enim ex quibus sine ꝓprietate vocis nata sūt insolubilia ꝯuenire. Et quidā sunt ex quibus sine ꝓprietate vocis nūꝙ nata sūt insolubilia ꝯuenire. Exemplū primi vt credere imaginare. mētiri et huiusmodi. Exemplū secūdi. vt audire videre ⁊ huiusmodi. ¶ Quod primū sit hoc sophisma. Ponat̄ ꝙ tm̄ sit vnus sortes. et credat istā ꝓpositionē. Sortes decipitur ⁊ nullā aliam. ⁊ ꝙ ista sic significabit primarie cū hoc ꝙ talis decipit̄ qui credit falsum. Deinde ꝓponatur ꝙ is decipitur si negetur vel dubitetur. Contra eius oppositū repugnat casui. ergo sequitur hec. Añs ꝓbatur sic. Si eius oppositū non repugnat casui ponatur cū casu. tunc sic. S. non decipitur ⁊ solū talis nō decipitur qui nō credit falsum. ergo. s. non credit falsum ⁊ credit aliquā propositionē sed nullam nisi istam. s. decipitur ergo ista non est falsa. ergo ista est vera et ista significat principaliter ꝙ. s. decipitur ergo ita est ꝙ. s. decipitur. qđ est oppositum prioris propositionis. Si concedatur ꝙ. s. decipit̄ tunc sic s. decipitur ⁊ omnis talis credit falsum. ergo. s. credit falsum. sed nichil credit nisi istam propositionē. s. decipitur ergo ista est falsa tunc sic ista est falsa. ergo significat aliter ꝙ est. sed solum significat ꝙ. s. decipitur. ergo non est ita. ꝙ. s. decipitur cuius oppositum est concessum. ¶ Solutio cōcedatur ꝙ. s. decipitur ⁊ ꝙ ista est falsa. ⁊ neganda est ista ꝯña. ergo significat aliter ꝙ est eo ꝙ oportet addere inmediate ꝙ nō falsificat se. Nam sequitur. s. decipitur ergo. s. credit falsū. et solū credit istam ergo ista est falsa. ¶ Similiter si ponatur ꝙ. s. credat istam propositionem p decipitur et. p. credat istam propositionem. s. non decipitur et non credant alias propositiones. ab istis et ꝙ iste propositiones sic significent ⁊ sit tantum vnus. s. et vnus. p. Isto posito concedendum est ꝙ. s. non decipitur et etiam ꝙ p. decipitur et ꝙ ista sit falsa. s. non decipitur eo ꝙ falsificat se. Nam sequitur. s. non decipitur ergo non credit falsum. et credit propositionem significantem sicut est vel aliter ꝙ est. ergo credit verum. sed solum credit istam propositionem. p. decipitur ergo ista est vera et vltra ergo ita est sicut illa significat. sed per casum ista principalit̄

significat q̄ p. decipitur ergo ita est q̄. p. decipitur et vltra ergo credit falsum. et. p. credit istam. s. non decipitur ergo ista est falsa. s. non decipitur et sic falsificat se. Ideo ista propositio redita a. s. est satis vera vt patet intuenti. ¶ Similiter si ponatur q̄ hec ꝓpositio. hec non creditur principaliter significet q̄ hec non creditur demonstrata eadem ꝓpositione. ply hec hoc posito cōcedatur q̄ hec nō creditur. et q̄ credi ē esse principaliter sicut illa significat et q̄ creditur istā sic significare et negetur ꝯñ a ergo ipa est credita. q: est pertinēs ad inferendū seipam fore non creditam. ꝛ quelibet talis est non credita. ¶ Pro quo sciendū est q̄ quelibet propositio ptinens ad inferendum seipam fore falsā. est falsa. sic quelibet propositio ptinens ad inferendū seipam fore nescitam vel non creditam est nescita vel non credita. Et sicut omnis ꝓpositio ptinens ad inferēdum seipam fore verā est vera ita nō omnis ꝓpositio ptinens ad inferendum seipam fore noscitam vel nō creditam. est nescita vel non credita. ¶ Similiter ponatur q̄. s. dicat istam ꝓpositionem. s. mētitur et q̄ ista significet principaliter sicut est. et si tantū vnus s. et q̄ om̄e mentiens dicat falsum. Iam propono q̄. s. mentitur si negetur vel dubitetur. Contra. s. dicit falsum ergo mentitur. Añs probatur sic sequitur ex casu. Nam sequitur. s. dicit istam s. mentitur et ista principaliter significat q̄. s. mentitur et tantum vnus. s. est. ergo iste dicit falsum. et solum dicit istam. s. mentitur ergo ista est falsa. et habet oppositum ergo ista est vera. s. non mentitur. ¶ Si concedatur contra. s. mentitur ergo dicit falsum. et solum dicit istam sortes mentitur ergo ista est falsa. et eius oppositum est. ergo eius oppositum est verum tunc sic ista est vera ergo ita est sicut illa significat. sed illa significat q̄. s. non mentitur. ergo ita est q̄. s. non mentitur. quod est oppositum concessi.

¶ Solutio concedendum est q̄. s. mentitur et q̄ hec sit falsa. et q̄ habet contradictorium. et negetur consequentia ergo eius oppositum est verum. eo q̄ eius opppositum falsificat se. et ista significat aliter q̄ est et sic duo contradictoria possunt simul esse falsa.

¶ Similiter ponatur q̄. s. iuret se esse periuratum cum hoc q̄ tantum vnus. s. sit. et q̄ ista propositio solum significat q̄. s. est periurus.

¶ Dicendum est. q̄ concedendum est q̄. s. est periurus. et q̄ ista est falsa eo q̄ falsificat se.

Completo opere circa ea sophismata que concernūt actus nostros interiores et exteriores

Iam videndum est que sunt insolubilia ex mixtione actus nostri cum ꝓprietate vocis ¶ Insolubile vero sic acceptum ē triplex quodam ē in quo ponuntur signa. ex impositione significantia proprietatem vocis et actus ex quibus fit insolubile.

¶ Aliud ē in quo ponuntur signa ex impositione significantia proprietatem vocis et priuationem actus ex quo fit insolubile.

¶ Tercium in quo ponitur subiectum aliquod ex impositione significans. proprietatem vocis et actus vel priuationem actus ex quo fit insolubile. ¶ In exemplum primi sit hoc sophisma. Sortes dicit falsum et pono ꝙ tantum vnus. S. sit. et ꝙ dicat istam propositionem. S. dicit falsum. Si negetur vel dubitetur cōtra eius oppositum repugnat casui. ergo ista propositio sequitur ex casu. vel si repugnat et illa ē possibilis. ponatur in casu ꝙ. S. non dicit falsū. tunc arguitur sic. S. nō dicit falsum et dicit solum istā propositionem. S dicit falsum. ergo ista ē vera et vltra ergo significat sicut ē solum significat ꝙ. S. dicit falsū ergo ita ē ꝙ. S. dicit falsū. ergo oppositum secunde partis.

¶ Si concedatur ꝙ. S. dicit falsū. tunc arguit sic. S. dicit falsū. sed solā dicit istā propositionem. S. dicit falsū ergo ista ē falsa. et vltra ergo ista significat aliter q̄3 ē. vel sic ista ē falsa. ergo eius oppositum ē verum.

¶ Solutio concedendum ē ꝙ. S. dicit falsum. et ꝙ illa ē falsa. et neganda ē ꝯña ergo eius oppositū ē verum q2 eius oppositum significat aliter q̄3 ē ¶ Similiter ponat ꝙ tantum duo sūt Sortes quorū vterqꝫ dicit ꝙ S. dicit falsum cum hoc ꝙ nō dicat aliquem propositionē aliam deinde proponatur ꝙ S. dicit falsum. Si negetur vel dubitetur. Contra eius oppositum repugnat casui. ergo ꝛc. Antecedens probatur sic. Si non repugnat ponatur cū casu tunc arguit sic. S. nō dicit falsum et et dicit propositionem significantem sicut ē vel aliter q̄3 ē. ergo dicit verum et Omnis. S. ē alter istorum ergo alter istorum dicit verū: ꝯña patet Et eadem ratione qua alter istorum dicit verū eadem ratione vterqꝫ istorū dicit verū ꝛ vtqꝫ istorū dicit ꝓpositionē significātē pricipalit. ꝙ. S dicit falsū ꝫ ita ē ꝙ. s. dicit falsū. ergo illa ē vera qd est oppositū partis. Si concedatur ꝙ. S. dicit falsum. tūc sic. S dicit falsum et vtraqꝫ istarū propositionum significat ꝙ. S. dicit falsum. ergo ita est ꝙ S. dicit falsū et vltra ergo est vera ergo significat sicut est.

¶ Solutio concedendum ē ꝙ. S. dicit falsum. et vtraqꝫ istarū ē falsa q2 falsificat se. hoc modo. S. dicit falsum. et omnis. s. ē alter istorum ergo alter istorum dicit falsum. et non ē ratio quare magis iste q̄3 alter ergo cum casu posito vterqꝫ istorum dicit falsum. quia isti duo dicunt solū istā ꝓpositionē. s. dicit falsū ergo vterqꝫ istorum dicit falsū quia falsificat se.

Solutis insolubilibus primi membri isti⁹ divisionis iam restat soluere insolubilia secundi membri ꝛ pro exemplo sit hoc sophisma. A propositio nescitur Et ponatur iste casus ꝙ a sit ista propositio A nescitur Et ꝙ vnum a sit omne a et ꝙ ista propositio precise sic significet. Deinde proponatur ꝙ a ꝓpositio nescitur. Si negetur vel dubitetur Contra non stat cum casu ꝙ A propositio sciatur ꝛ a est vna propositio ꝛ casus est admissus ergo concedendum est ꝙ a nescitur primū añs ꝓbatur sic. Ex ista ꝓpositione a. nescitur cū casu posito sequitur oppositū istius a scitur ꝫ ista a scitur nō stat cū casu Et sic ex ista sequitur suū contradictoriū. Si concedatur ꝙ a nescitur tūc arguit sic. Ita ē ꝙ a nescitur ꝛ tu firmiter consideras de illa ꝓpositione ꝛ nō dubitas an a nescitur ꝫ scis ꝙ a nescit tūc sic tu scis ꝙ a nescit ꝛ scis ꝙ a sic sigt principalit. ꝫ scis ꝙ ita est sicut a principaliter sigc ꝛ tu scis a sic significare ꝫ scis a. ꝛ vltra ꝫ a scitur quod est oppositū isti⁹ a nescitur vel saltē ea repugnant. ⁋ Solutio admisso casu concedendū est ꝙ a nescitur ꝛ ꝙ tu scis a principaliter sic significare ꝛ neganda est ꝯña. ꝫ tu scis a. sed oportet addere ꝙ a nō est ptinens ad inferendū seipsā fore nescitā. sed hoc est falsū qꝛ sequitur a nescit ꝫ a nescitur. Simile est si ponat ꝙ nō sit aliqua ꝓpositio nisi ista. Ois ꝓpo⁰ nescitur ꝛ ꝙ ista ꝓpositio principaliter. hoc significet ꝛ hoc bene sciatur hoc posito cōcedatur ꝙ ois ꝓpo⁰ nescit ꝛ ꝙ sciatur ita esse sicut illa significat ꝛ neganda ē illa ꝯña ꝙ ois ꝓpo⁰ scitur. sed oportet addere ꝙ nō est ptinens ad inferendū seipsā fore nescitā. sicut prius. ꝛ ideo ē neganda. ⁋ Assūptū patet Nā sequitur. Ois ꝓpositio nescitur ipsa est ꝓpositio ꝫ ipsa nescitur. ꝛ vltra ꝫ ipsa est nescita.

Solutis iam insolubilibus secundi membri istius diuisionis. sunt nunc insolubilia soluēda tercii membri sit ꝫ hoc sophisma. Sortes est eger ꝛ ponatur iste casus ꝛ ꝙ ois ho⁰ eger dicit falsū. ꝛ ꝙ ois ho⁰ san⁹ dicit verū ꝛ solū talis ꝛ ꝙ sortes dicat istā. s. est eger tm̄. ꝛ ꝙ ista principaliter significet sic. Deinde ꝓponatur ꝙ. s. est eger. si negetur vel dubitetur. Contra eius oppositū repugnat casui. ꝫ hoc sequitur ex casu. Assūptum ꝓbatur sic Ex opposito istius cū casu sequitur ista ꝓpositio S est eger ꝫ oppositū istius. s. est eger repugnat casui. Añs ꝓbatur sic. s. nō est eger ꝛ. s. est. ꝫ. s. est sanus ꝛ ois homo sanus dicit verū. ꝫ s. dicit verū. ꝛ solū dicit istā s. est eger ꝫ ista est vera. ꝛ vltra ꝫ ita est sicut illa significat. ꝛ p casum ista

principaliter significat q̄ .s. est eger . ergo S est eger. quod est oppositum istius .s. nō est eger. Si concedatur q̄ .s. est eger tunc sic .s. est eger et ois homo eger dicit falsū. ergo .s. dicit falsū et sequitur .s. dicit istā .s. ē eger ergo ita est q̄ s. nō est eger quod est oppositū istius prius concessi .s. est eger

¶ Solutio admisso casu concedatur q̄ .s. est eger et q̄ .s. dicit falsū et q̄ ista est falsa .s. est eger quia falsificat se et neganda est ꝯña. ergo oppositū est verum vt patet p conclusionē terciam. ¶ Simile est si ponatur q̄ omis homo albus videat falsū. et nullus alius. et q̄ p. videat istā solum. p. est albus et q̄ ista principaliter significet q̄ p. est albus. et sit tm̄ vnus p. hoc posito concedendū est q̄ p. est albus et quod ista est falsa p. est albus. Nam sequitur .p. est albus. et omnis homo videt falsū. ergo plato videt falsum. et solum videt istā .p. est albus. ergo ista est falsa. P. est albus quia falsificat se et eius oppositum est falsum. qr significat aliter q̄ est q̄ P non est albus. ¶ Simile est si ponatur q̄ homo currens audiat fal sum. et solum talis et .s. audiat istā .s. est currens et nullā aliam. et q̄ ista sic significet principaliter et sit tm̄ vnus .s. hoc posito ꝯcedendum est q̄. S. est currens et q̄ ista est falsa satis patet. vt in casu priori quia falsificat se Quoniā solutio in hoc principaliter consistit q̄ aliqua ꝓpositio falsifi cat seipsā Ideo congruit quasdā obiectiones huic respondentes recita re vt veritas magis illucescat. istis obiectionibus respondebitur. Pri mo enim sic obijcitur Ex positione data sequuntur duo contradictoria ergo ista est impossibilis assumptum sic ꝓbo Ista ponit q̄ non omnis ꝓpo sitio falsa falsificat se. et tm̄ ex ista sequitur q̄ omnis ꝓpositio falsa falsifi cat se. ergo et cetera. Assumptum ꝓbatur sic. Nam si foret ita q̄ aliqua ꝓpo sitio foret falsa que non falsificat se. sit gracia exempli homo est asinus principaliter significans q̄ homo est asinus et q̄ ista falsificat se ꝓbatur Nam sequitur homo est asinus et nunq̄ homo est asinus quando hec non est falsa. homo est asinus. ergo hec est falsa. homo est asinus et sic ex ista propositione homo est asinus cum alia sequitur istam fore falsaȝ homo est asinus et ex ista sine alia non sequitur istam fore falsam. ergo ista homo est asinus est ꝑtinens medium adinferendum seipsam fore falsam. et vltra ergo falsificat se.

¶ Secundo sic aliqua propositio vera falsificat se ergo a forciore que libet propositio falsa falsificat se. antecedens probatur sic. et pono q̄ ista propositio homo est asinꝰ significat principaliter q̄ nullus homo est asinus. tunc notum est q̄ ista est vera et q̄ ista falsificat se probatur Nam sequitur homo est asinus. et ista significat principaliter q̄ nul lus homo est asinus. ergo ista est falsa homo est asinus. et sic est ꝑtinēs ad inferendum seipsam fore falsam. ex quo sequitur q̄ falsificat se.

¶ Tercio hec propositio significat q̄ hec est propositio vera demon strando eandem propositionem .s. hec propositio est vera tunc sic hec propositio est vera et hec falsificat se. et hoc probatur.

Nam sequitur hec est propositio. et hec non est vera. ergo est falsa. ergo falsificat se. ¶ Quarto aliqua propositio falsificans se non falsificat se. ergo ista propositio est impossibilis Et pono q tantum ista propositio sit nullum verum est que principaliter significat q nullum verum est. tunc secundum istam opinionem ista falsificat se Et q non falsificat se. Probatur. Nam si falsificat se isto modo esset arguendum. Nullum verum est ista propositio. ergo ista non est vera tunc sic ista non est vera. et ista est propositio significans sicut est vel aliter q est ergo ista est falsa. sed hoc non sequitur q falsificat se eo q est ptinens medium ad inferendum seipsam fore falsam. Nam ex premissis in antecedente cum ista sequitur istam fore falsam. ergo sumeret istam cum istis superfluis et per consequens non est ptinens etc. Antecedens probatur sic. Nam sequitur ista non est vera et ista significat principaliter sicut est vel aliter q est ergo ista est falsa. Ex quo sequitur q ista non falsificat se. isto modo nec alio. ergo nullo modo falsificat se cuius oppositum ponit ista positio. ¶ Quinto sic aliqua propositio que est neq vera neq falsa. falsificat se ergo falsum est. q omnis propositio falsificans se est falsa. Antecedens probatur sic hec est huiusmodi demonstrando istam hec significat aliter q est et demonstrato per ly hec eandem propositionem. et pono q significat principaliter q hec significat aliter q est. Hoc posito probatur q est neq vera neq falsa. eo q est ptinens medium ad inferendum seipsam non principaliter significare sicut est et per consequens nec principaliter significat sicut est nec aliter q est. et q illa falsificat se probatur. Nam sequitur immediate hec significat aliter q est. ergo est falsa.

¶ Alie obiectiones possunt adduci quas causa breuitatis omitto. ¶ Iam ad obiectiones est dicendum et primo ad primam negando assumptum et negetur q ista homo est asinus falsificat se. Et quando arguitur homo est asinus et nunq homo est asinus quando hec est falsa. homo est asinus. ergo etc. negetur consequentia et antecedens similiter. quia consequentia non valet pro tanto q minor est vna temporalis conuertibilis cum ista copulatiua nunq homo est asinus et hec non est falsa. homo est asinus. sed oportet addere q illa significat sicut est. vel aliter q est. et si ista perticula addatur conclusio sequitur sine ista homo est asinus in principio capta. et Antecedens est falsum. eo q est vna temporalis conuertibilis cum ista copulatiua falsa. vt prius dicebatur. ¶ Nam ista est falsa demonstrata ista homo est asinus.

¶ Ad secundam negetur assumptum et ista consequentia facta homo est asinus. et ista principaliter significat q homo est asinus. ergo est falsa. eo q sine casu foret concedenda Et per consequens quocunq casu dato possibili ista est concedenda. Et q consequentia non valet manifeste patet. si sumatur propositio conuertibilis cum

ista homo est asinus. et ponatur in isto nullus homo est asinus ¶ Nam notum est quod consequentia non valet. nullus homo est asinus et ista principaliter sic significat quod nullus homo est asinus demonstrando istam homo est asinus ergo hec est falsa. sed magis sequitur oppositum. s. ista est vera.

¶ Ad terciam negetur assumptum et dicatur quod ista non falsificat se. s. hec est propositio et quando arguitur hec est propositio et hec non est vera. ergo est falsa. negetur consequentia. quia dato quod consequentia foret bona argumentum non procederet. quia minor est vera. s. quod ista non est vera. ¶ Pro quo sciendum est quod propositio falsificat se mediate et immediate. vt dictum est prius. Mediate quando falsificat aliam a se falsificantem se iterum. Immediate quando aliqua propositio significat sicut est vel aliter quam est. et ex illa sola sequitur illam fore falsam. vel ex illa cum totaliter sic esse sicut est significat sine illa non sequitur illam fore falsam. Ex quibus patet quod hec propositio non falsificat se hec est propositio. eo quod de isto cum totaliter significat sic esse sicut est sequitur illam fore falsam et ex ista non sequitur quod ista falsificat se. sed oportet quod ex illa cum totaliter significat sic esse sicut est sequitur illam fore falsam. ad hoc quod illa falsificat se sic non est in proposito. ¶ Nam ista minor cum significat aliter quam est. est falsa eo quod significat quod ista non est vera.

¶ Ad quartum negetur assumptum et admittatur casus et dicatur quod illa significat se. sed non illo modo. quo ibi arguitur. sed sic. Nullum verum est Et omnis propositio significans sicut est vel aliter quam est demonstrando istam nullum verum est. ergo ista est falsa. Et sequitur quod ex minori in se non sequitur idem et illa minor significat sicut est. Ideo ista primo falsificat se.

¶ Ad quintum negetur assumptum et quando capitur hec propositio hec significat aliter quam est concedatur quod ista nec significat sicut est nec aliter quam est. et negetur quod ista falsificat se. et concedatur quod ex ista sequitur immediate et quod ista est falsa et negetur quod ista falsificat se sed oportet addere quod ista significat sicut est vel aliter quam est Sed sic non facit in proposito.

Modo restat soluere insolubilia apparentia tantum cuiusmodi sūt ista. A. est scitum a te ista significat aliter q̄3 est. Ista non significat sicut est. cū similibus Sit hoc sophisma. A. est scitum ⁊ ponatur iste casus. q̄. a sit altera istarū deus est. que sit vera et a. nescitur a te que sic principaliter significet et q̄ hoc bene scias et sit tantū vnū. a. ⁊ lateat vobis que istarum sit a. Deinde ꝓponatur a. est scitū a te. Si cōcedatur vel dubitetur. Cōtra nullo casu posito esset neganda. et adhuc est impertinens ergo adhuc est neganda. Minor patet ex eo q̄ nō sequitur a. est altera istarū. ergo. a est scitū. Si negetur. Cōtra. a. est ista deus est. s3 ista scitur ergo et. a. ista ꝯña est bona añs est tibi dubiū ergo et cōsequēs non est negandum. Item negata ista. a. est scitū a vobis. ꝓponatur ista. a. est nescitū a vobis. concessa ista. arguit sic. Ita est q̄ a. est nescita a te. et tu scis illā sic significare ⁊ ista nō est pertinens ad inferendum seipam fore nescitam ergo tu scis illam qua concessa. proponatur vtraq3 istarū scitur a te. Si negetur vel dubitetur. Contra deus est scitur a te et a. nescitur ei tantum iste due demonstrantur ergo vtraq3 istarum scitur a te tunc sic vtraq3 istarum scit a te. a. est altera istarum ergo a. scitur a. te. et vltra ergo a. est verum.

¶ Respondetur admisso casu negandū est q̄ a. est scitum a. vobis ⁊ ad primā formā concedatur prima ꝯña. s. a. est ista deus est. que est scita ergo a. est scita sed secunda ꝯña est negāda. Ista ꝯña est bona ⁊ formalis antecedens est tibi dubium ergo consequens non est negandum licet ꝑ casum antecedens sit tibi dubium tamen consequens est a me negandum. et per consequens non sequitur consequens fore a me concedendum. ¶ Ad secundum negetur q̄. a. est scitū et cōcedatur q̄ a. nescitur a vobis. et concedatur totū donec veniatur ad vltimū discursum. factū improbando primā partem. s. que est ex falso et ex vero ⁊ impertinente. Sed tamen post cōcessionem prime partis ponatur prima pars cum secunda tunc post positionem istius concedatur q̄. a. est scitum q2 est sequens ex posito et tunc negandum est q̄. a. est ista. a. est nescitum. quia est falsa et impertinens. ¶ Aliud argumentum sit hoc. Ista propositio significat aliter q̄3 est posito q̄ sic significet demonstrando per ly ista. istam dandam propositionem. Deinde proponatur q̄ ista significat alit q̄3 est. Si concedatur vel dubitetur. Contra. Ex ista cum casu prio sequitur oppositum suum. ergo est negandum.

¶ Assumptum probatur sic. Ista significat aliter q̄3 est. ergo non est ita sicut ista significat sed ista solum significat q̄ ista significat aliter q̄3 est. ergo non est ita q̄ ista significat aliter q̄3 est et vltra ergo ¶ non significat aliter q̄3 est quod est oppositum.

Si negetur Contra ꝛ ꝓponaꝛ ꝙ ista nõ significat aliꝛ ꝙ̃ ē si cõcedaꝛ tũc sic. Ista non significat aliꝛ ꝙ̃ ē ꝛ sigt cõplexe ḡ sigt sicut ē ḡ ita ē sicut il/la sigt sꝫ sigt solũ. ꝙ sigt aliꝛ ꝙ̃ est. ḡ quod prius fuit negatũ. Solutio ad misso casu negetur ꝓpoº ꝓposita. ꝛ negeꝛ ista ꝯña. ista sigt cõplexe. ḡ sigt sicut ē sꝫ oportet addere ꝙ ista nõ est ptinẽs ad inferẽdũ seipam nõ significare sicut ē quod est falsũ. Nã sequitur imediate ista sigt aliꝛ ꝙ̃ ē ḡ ista sigt aliter ꝙ̃ ē. Sed contra istã solutionẽ arguitur sic qꝛ ex ista solu tione sequiꝛ ꝙ aliq̃ sunt duo contradictoria. quoꝝ vnũ nõ significat aliter ꝙ̃ ē ꝛ aliud sigt sicut est. ꝓbaꝛ. Nã ista ꝓpositio sigt aliꝛ ꝙ̃ est demon⸗strando p ly ista contradictoriũ istius ista nõ sigt aliꝛ ꝙ̃ est. ꝛ ista est ꝙ ista non significat aliꝛ ꝙ̃ est. ꝛ ista negatiua nõ ē ptinens mediũ ad infe rendũ se nõ principaliter significare sigt sicut ē ꝛ tñ affirmatiua sibi con tradicens nõ sigt aliter q̃ꝫ est. eo ꝙ ista est ptinens ad inferendũ se sig⸗nificare aliꝛ q̃ꝫ ē. ¶ Ad hoc dicendũ est. concedendo istã cõclusionem sine aliquo casu. quia generaliter altera pars cõtradictionis ē ptinens ad inferendũ seipam nõ significare sicut est. Igitur in prima diuisione ꝓpositõis dixi ꝙ aliqua ē ꝓpositio que neq̧ sigt principaliꝛ sicut ē neq̧ aliter q̃ꝫ est. ¶ Siłr est si ponatur ꝙ ista ꝓpoº nõ sigt sicut ē demõstrã do p ly ista eandẽ ꝓpositionẽ ꝛ ꝙ illa principaliter sic significet deinde ꝓponatur. ista nõ sigt sicut ē. si negeꝛ vel dubiteꝛ contra eiꝰ oppositum nõ potest stare cũ casu ḡ nõ ē negandũ. Nã si potest ponatur. Tũc ar⸗guitur sic. Ista sigt sicut est. ḡ ita est ꝙ ista sic significet ꝛ solũ sigt ꝙ nõ sigt sicut ē. ḡ ita ē. ꝛ sic sequitur cõtradictio. Si cõcedatur ꝙ illa nõ sig⸗nificat sicut est tũc ꝓponatur ꝙ ita est ꝙ illa nõ sigt sicut ē. qua cõcessa arguitur sic. Ita est ꝙ illa nõ significat sicut est. ꝛ ista principaliꝛ sic sigt ḡ ita ē sicut illa sigt. ꝛ vltra ḡ sigt sicut est. ¶ Solutio cõcedatur ꝙ illa nõ significat sicut est. sed oportet addere ꝙ nõ sit ptinens ad inferendũ seipam nõ significare sicut est qđ est negandũ. Nam sequitur imediate ista nõ sigt sicut est ḡ nõ sigt sicut est. Siłr est si ponatur ꝙ nõ est ita si⸗cut illa sigt ꝛ sic principaliter significat demonstrando istã ꝓpositionem Hoc concedendũ est sicut prius ꝛ dicendũ est ꝙ illa neq̧ sigt sicut ē ne⸗q̧ principaliter aliꝛ q̃ꝫ est.

¶ Expliciunt Insolubilia.

9



Willelmus T.

